

INDEX.

- Moyſes quomodo iræ dei reſtiterit. 168.a.b
- Moyſi & Helie ieiuniũ quadraginta dierũ. 3.a.b.24.b
- Mulier prima reſurrectio- nis nuncia eſt facta. 115.a
- Mulier mala, rege malo pe- ior. 22.b
- Mulier vaga. 9.b
- Mũdi amor vt animam per- uertat. 93.a
- Munditia animæ vt paretur. 70.a.b
- munera dei in hominibuſcũ
- Mutationes nõ excludũt. 64.b
- Murmur Hebræorum aduer- ſus Moyſen. 59.b.90.a
- Mutatur nonnunquã dei ſen- tentia, ad conſilium. 11.a
- N
- Naami Syri hiſtoria & moralizatio. 49.b
- & dein.
- Nabuchodonoforis crudeli- tas aduerſus Sedechiam. 16.a
- In Nazareth nõ poterat mi- racula facere Chriſtũ. 38.b
- Naturalis affectus explora- tio. 64.b
- Necceſſaria vitæ deus ſuis fi- delibus ſubminiſtrat. 35.a
- Niniue quid. 82.a
- Niniuitarũ ieiunium & pœ- nitentia. 3.a.b.80.b.82.b
- Nocere proximo vetamur. 55.a
- Noſipſos deo offerre debe- mus. 91.a
- Nubes myſticæ. 36.a
- O
- Obedientia Chriſti & pa- trientia. 98.b
- Obligatio dei ex ſuo pro miſſo. 90.b
- Obedientia Chriſti. 98.b
- Iofeph. 42.a.b. Petri. 109.a
- Obluiſcitur deus peccatorũ noſtrorũ, ſi nos illorũ di- gnè recordemur. 27.b
- Obſetricum & Raab men- dacium. 89.a
- Oculorũ concupiſcẽtia. 55.b
- Odiũ & ira differunt. 89.a
- Odiũ prohibitio. ibidem
- Odor bona fama. 17.b
- Offendiculũ coram cæco po- nere quid ſit. 87.a
- Offerre pro peccatis deo quid debeamus. 91.a
- Officiũ cauſa an mentiri li- ceat. 87.b
- Oleum quid. 49.a. eius mun- datio quid. 53.a
- Olei multiplicatio mirabi- lis 52.b
- Opera bona deo placere. 81.a
- Opera bona poſſunt aliquã- do circa iactantiam ad me- moriam reuocari. 10.a
- Opera bona quõ noſtra dicũ- tur & quomodo dei. 27.b
- Opera pœnitentiæ. 34.a
- Oppoſitio paſtorum pro po- pulo ad deum. 69.a
- Oppreſſio proximiviolenta prohibetur. 87.a
- Orandũ pro quibus ſit. 32.a
- Orantes cur ſæpe non exau- diantur



INDEX.

- diantur. 70.a
 Oratio fidelis vt fieri debeat 31.b. & deinceps.
 Oratio satisfactionis p peccatis, altera pars. 8.b
 Oratio vt efficax fiat. 21.a
 Orationis assiduitas. 30.a
 Orationis virtus. 2.a. 1.a
 Oratio ē vitā prolōgari. 11.b
 Oreb quid interpretetur. 24.b
 Ordeū quid mysticē. 54.a
 Oris peccata. 87.b. 88.a
 Ornamentum aureum. 34.b
 Ortus Christi qualis. 103.b
 Oseas propheta primā vxorem duxit fornicariam, de inde adulteram. 65.a
 Ossa mystica quæ sint. 17.a
 Ostentationis malum. 91.b
 Oues à Christo ad ouile ad-ducendæ. 15.a
 Oues confractæ & infirmæ. 19.b. 20.a
 Ouiū vocabulo qui veniant. 19.a
 Oues suas vt requirat Christus, visitet, liberet, educat 19.a. b.
- P
- P**anis animæ. 36.a
 Panis cœlestis. 20.b
 Panis, Christi corpus, & eius doctrina. 101.b
 Panis dandus egenis. 26.b
 Panis subcinericius. 23.b
 Parabola quid. 25.a
 Parentum honor vitam pro- longat. 11.b. 54.b
 Paries nos à deo separans. 10.b.
- Paruuli moraliter. 51.b
 Pasche sacrificium & solēni- tas. 106.a. tempus. ibidē. b
 Pascua vberima quæ sint. 20.a
 Passio Christi ignominiosa 104.a. spontanea. 105.a
 Passionis Christi acerbitas. 104.b
 Passionis Christi fructifica- tio. 38.a. 105.b
 Pastoris absentia gregi dam- nosa. 66.b
 Pastores nequam. 19.a
 Pastorum quorūdam super- bia. 111.a
 Pastus ouium Christi. 20.a
 Pater deus filium suum dili- git & glorificat. 75.b
 Patris cœlestis erga nos be- nignitas. 79.a
 Patres nostri comederūt vñā acerbam, & dentes filiorū obstupuerunt. 25.a
 Patres quare puniātur in fi- liis. 98.a
 Patrum merita in oratione alleganda. 90.a
 Patrū sanctorum desyderia 72.b
 Patientia Christi. 98.b
 Patientia & longanimitas. dei. 5.a
 Patientia hominis fidelis 30.a
 Pauor. 94.b
 Pauperam iniuriam deus vl- ciscitur. 59.b
 Pauperes, gentes. 79.b
 Pauperum manibus deo cō- ciliamur. 77.a
 Peccator

i 11832356



- Peccator miricę cōparatur. 59.b
 Peccator seipsum punire debet ne à deo puniatur. 27.b
 Peccatores etiã filios Deus vocat. 49.a
 Peccatores nihil proficiunt. 40.a
 Peccatorũ consolatio in verbis Christi. 100.a
 Peccatorum somnus. 24.a
 Peccatum factus pro nobis Christus, id est, hostia pro peccato. 104.b
 Peccatum in quem cōmittitur. 2.b
 Peccatũ patris an luat filius. 25.a.b
 Peccati ex ignorantia, & peccati ex malitia diuersa cōditio. 102.b
 Peccati vinculum. 32.b
 In peccato duo insunt. 39.b
 peccata maiora maiori opus habent expiatione. 109.b
 Peccata manifesta perniciosiora. 51.a
 Peccata omnino fugere nobis est impossibile. 108.a
 Peccatorum catena. 16.a
 Peccatorum & scelerum distinctio. 13.a
 Peccatis etiam dimissis homo punitur. 27.b
 Persecutio sanctos gloriosiores facit. 78.b
 Pes affectus. 18.a
 Pedum lorio quid significet. 108.a.b. 109.b
 Periurij prohibitio. 88.a
 vt commitatur. 61.b
 Persecutiones patientes toleranda. 43.a
 Perseuerãtiã in bono necessitas. 92.a
 Peruersorum punitio. 94.b
 Pessimus cur bonos persequatur. 84.b
 Petra Christus. 61.a
 Petrę percussę aquas fundentis mysterium. 61.b
 Petrus à Christo primus lauatur. 108.b. 109.a
 Phariseorum ieiunium. 12.b
 Philosophia gentilium. 50.a
 Piecatis fructus. 11.b
 Pignus debitori reddendum a sed cui. 26.b
 Piiis maximè infestũ esse dibolum. 63.b
 Plantatio ruinosa. 44.a
 Plena luna quid. 106.b
 Pœnitentis passus. 36.b
 Pœnitentia velut quędã dei. 51.a. 27.b. 49.b
 Pœnitentiã inter timorem & spem. 80.b
 Pœnitentia innocentiam restituit. 51.b
 Pœnitentiã opera. 34.a
 Pœnitentiã tempus. 82.b
 Pœnitentię typus panis subcinericius; & aqua. 23.b
 Ad pœnitentiam Deus inuitat. 1.a
 Ad pœnitentiam veram necessaria. 27.a
 Pomerium mysticum. 61.a
 Populus dei Israel. 68.b
 Possessio Christi. 77.a.b
 Potẽ

- Potētiam dei agnoscere de-
 bet oraturus. 38.b
 Potestas omniū Christo da-
 ta. 77.b
 Practici sapientes. 96.b
 Prædicandum etiam inuitis.
 57.b
 Prædicationis Ionæ fructus.
 80.a
 Præcepta omnia dei seruare
 est homini possibile. 27.a
 Prædicatores adulantes tax-
 xantur. 113.a
 Prædicatorum falsorum ma-
 la. 103.a
 Prælatorum institutio. 110.b
 Præscientia dei duobus mo-
 dis accipitur. 11.a
 Prauum cor. 41.b
 Precium in sacramentis in-
 teruenire non debet. 130.b
 Primogenita sua vedit Esau.
 46.b
 Primogenitorum prærogati-
 uæ. ibidem
 Primū Christi spoliū quod
 diabolo abstulit. 114.b
 Princeps mundi & tenebra-
 rum. 111.a
 Proficiendum & pergendum
 in via dei. 74.a
 Promittere conuersionē, aut
 pœnitentiā satis nō est. 81.a
 Propositū suū an deus ali-
 quando mutet. 81.b
 Pronitas hominis in malū.
 41.a
 Prope nūc est nobis de⁹. 21.a
 Prophetæ constantia. 93.b
 Prophetæ malum annunciā.
 ti improbi insultant. 93.b
 Prophetæ falsi à mēdacij spi-
 ritu seducti. 95.b
 Prophetarum persecutrix Ie-
 zabel. 52.b
 Prosperitas malorum. 4.b
 Prouerbiū Iudæorum, Mitta
 mus lignum in panē eius.
 101.a
 Proximus nō fallēdus. 86.b
 Proximus tribus modis offē-
 ditur. 54.b
 Proximi ædificatio. 17.b &
 dein.
 Proximiviolenta oppressio.
 87.a
 Proximorum correctio. 29 b
 Prudentes esse conari debe-
 mus. 31.a
 Pudicitia muliebris exem-
 plum insigne. 62.a
 Puer mortuus Sunamitidis,
 quis. 72.a
 Puerorum in fornace conser-
 uatio. 89.b
 Pueritia mala. 23 a
 Pulmentum moraliter. 48.b
 Puluis Israelitici soli quid.
 50.b
 Pupilli & viduę defendendi,
 71.a
 Puritatis commēdatio. 41.b
 Pupilli animo. 29.b
 Pupillorum & viduarum in-
 iurias deus vlciscitur. 59.b
- Q
- Q**uadragenarij numeri
 ratio. 3 a. 90.a
Quadragesimale ieiū-
 nium. 2.b. 24.a
 Quęren-

- Quarendus vt sit dominus. Romanorū exēplo multi ad
 20.b.21.a fidē Christi conuersi. 92.b
 Quærere iudiciū quomodo Ros de cælo quid. 49.a
 debeamus. 71.a
 Quatuor genera hominū si- S
 bi similes imitantiū. 96.a
 R
Radix credentium Chri-
 stus. 103.b
 Radix iustorum. 41.a
 Radix viua. 17.b
 Raphaelis archangeli confi-
 liū de diabolo pellēdo. 9 b
 Ratio captiua. 51.a
 Rebecca prudentia. 47.a
 Rectorū populi munus. 69.a
 Regis Niniue pœnitentia.
 82.b & dein.
 Relapsorum inconstantia.
 67.a
 Reliquiis sanctorum non ni-
 mis confidendum. 59.a
 Remissio culpę qualiter p-
 mittitur. 71.b
 Reprobatorū bñdictio. 49.b
 Requies Christi in sepul-
 chro. 111.a
 Resurrectionē christi obscu-
 rare cupiebāt Iudæi. 46.a
 Resurrectionem Christi pri-
 ma mulier annūciauit. 115.a
 Resuscitatio Lazari. 47.b
 Resuscitatiōis pueri mortui
 per Heliam forma. 74.a b
 Rogari à nobis vult deus.
 67.b
 Romana potētia Iudęos cō-
 minuit. 46.a
 Romanivltores mortis chri-
 sti. 105.a
- S
Sabbatismus spūalis. 18.a
 Sabbatū duplex à duplici
 opere. 111.a
 Sabbatū spūale quod sit. 18.a
 Sabbati sancti solennitas.
 111.a.116.a
 Sacerdotes & prophete vitia
 liberē arguant. 12.b
 Sacerdotes, legati Christi.
 116.a
 Sacerdotum & cleri grauio-
 ra sunt scelera. 13.a
 Sacerdotū munus orare pro
 populo. 7.a
 Sacramenta ecclesię, pascha
 vberima: 20.a
 Sacramenta pretio vēdi non
 debent. 50.b
 Sacrificium deo gratum. 5.b
 & 91.a b
 Sacrificia cur tolerarit deus.
 70.a
 Sacrificia Iudaica reprobata.
 69.a
 Sal discretionis. 92.a
 Salomonis sapientia. 64.a
 Salsuginis terra. 40.a
 Samaritan^o misericors Chri-
 stus. 20 a.21.a
 Sancti quādo maximē à deo
 commendentur. 60.b
 Sanctorum veterum imita-
 tores exempla illorum sus-
 citant. 18.a
 Sāctificare seipsum Christus
 quomodo itelligatur. 110.a
 bb iij San-

I N D E X.

Sanctificatio animæ ut fiat.	Senes impudici.	61. b
70. b	Sensus tropologicus moralis.	48. a
Sanctitati alienæ non confidendum.	Sensuum exteriorum fenestræ.	30. a
58. b	30. a	
Sanctuarium dei mysticè.	Sensuum velut ieiunia.	2. b
33. a	Sententiam deus libèter mutat.	81. a. b
Sanguis fœderis.	76. a	
Sanguis sacrificiorum quis sit.	Septem leones, vniuersitas dæmonum.	86. a
92. a	Septena lotio iordanis.	50. b
Sapientia Christi.	& 51. b	
44. a	Sepulturam etiam Christi Iudæi persecuti sunt.	105. b
Sapientia dei laudanda.	85. b	
Sapientia mundana.	Serui sæpe sapientiores dominis.	52. a
96. b	Seruilia opera peccata.	18. a
Sapientia puritate & innocentia paratur.	Seueritas nimia in prælatis inutilis.	73. b
42. a	Sichem quid sit.	44. b
Sapientiam postulans Salomon à deo accepit.	Siccitas mystica.	40. a
64. a	Similia putchra.	20. b. 21. b
Sarephana vidua Heliæ paciscens.	Similium cum similibus collectio.	96. b
35. b	Simon, obediens.	109. a
Sarephanæ viduæ historia.	74. a	
74. a	Simulacrorum cultus interdicitur Iudæis.	58. b
Satisfactio pro peccato per quam fiat.	2. a	
2. a	Simulatio iustitiæ arguenda.	13. a
Scandalum non subministrandum.	87. a	
87. a	Sine pelle sine melle sine felle, sine formæto sacrificium nostrum esse debet.	91. b
Scelerum & peccatorum distinctio.	13. a	
13. a	Sol, luna, & stellæ quæ intelligantur.	44. a
Scindere corda.	3. b	
3. b	Sollicitudo Dei pro suis ministris.	35. a
Scissio vestium, & scissio cordium.	ibidem	
ibidem	Somnia Ioseph qualia.	42. a
Scribi in terra quid.	92. b. & 91. a	
92. b. & 91. a	Somnus spiritualis.	23. b
Sedechias pseudopropheta.	95. b	
95. b	Speculatoris munus.	12. b
Sedechiæ regis calamitas.	16. a	
16. a	74. a	
Sedis primæ calamitas.	33. a	
33. a	Seductio bona.	112. a
112. a	Seductorem Christum Iudæi vocant.	ibidem
Seductorem Christum Iudæi vocant.	ibidem	
Semè Christi longæuum quid sit.	105. b	
105. b		

Speran.

Sperā lū esse cū timore. 51.a
 Sperantibus in se deus sub-
 uenit. 62.b
 Spes in quē habenda. 100.a
 Spes quando debeat exerce-
 ri. 94.a
 Spes veniæ, pulmentū. 48.b
 Spiritus mēdax falsorū pro-
 phetarum. 95.b
 Spirit⁹ nō extingued⁹. 30.b
 Spiritus sanctus diuinæ vo-
 luntatis interpret. 110.b
 Spiritui sancto aduersari iu-
 dai. 67.b
 Spolia diaboli, ei ablata. 77.
 Spolium primum diabolo à
 Christo ablatum. 114.b
 Spōtanea Christi passio. 105
 Superborū conuentus. 96.b
 Susannæ commēdatio, eiūs
 que historia. 61.b. & dein.
 Synagoga Iudæorum arida.
 36.a

T

TAbernaculū quid. 10.a
 Templum dei diabol⁹
 spoliat. 33.b
 Tēpli dei prophanatio. 34.a
 Tēp⁹ famis & ariditatis. 36.
 Tenebræ quomodo fiant vt
 meridies, & contrā. 16.b
 Tentatio cur magnis ac san-
 ctis vitis accidat. 64.b
 Terra inhabitabilis. 40.a
 Terra Israheli promissa quæ
 fuerit. 69.a
 Terra falsuginis. 40.a
 Terræ pinguedo. 49.a
 Testimoniū Christi exaudi-
 tionis. 75.b, auxiliatiōis.

ibid. conseruationis. 76.a
 Testimonium patris æterni
 de filio suo Christo. 75.b
 Testimoniū pecunia emprū.
 46.a
 Testium falsorum redargu-
 tio. 62.b
 Thus deuotionis. 92.a
 Tinea scelerata cōsciētia. 99
 Tribulatio nō arguit homi-
 nem esse impium. 8.a
 Tribulationū à deo immis-
 sio. 49.a
 Tribus Benjamin deleta, &
 cur. 32.b
 Turba nouissimi iudicij. 55.b
 Tunica Ioseph, Christi hu-
 manitas. 46.a

V

VAsa vacua quæ intelli-
 gantur. 51.a
 Vbi est deus corū. 7.b
 Velamen Moyse. 78.a
 Velle bonū, à deo est. 27.b
 Velum templi. 34.a
 eius scissura. 78.a
 Vēditio priogenituræ. 47.b
 Venenū detractionis. 88.b
 Veniæ spes pœnitenti neces-
 saria. 48.b
 Verbū dei quid operetur. 22.a
 Verbi dei efficacia. 33.b
 53.a. & 58.a
 Verbi dei irrisio ab impro-
 bis. 94.b
 Verecūdiæ cōmēdatio. 34.a
 Veritatis diuinæ testi neces-
 saria tria. ibidem. a
 Veritatis inquisitio subtilis.
 64.b

Vermi-

INDEX.

- Vermiculus color. 71.b
 Verno tempore cur sit inditum ieiunium XL. 2.b
 Vestis Christi q̄ sit. 46.a. 72.
 Vestes Esau quæ intelligantur. 48.a
 Vestis spiritualis. 3.b
 Vestimentorum fragrantia. 47.b. 48.b. & dein.
 Vestimētorum scisio apud Iudæos. 3.b
 Via hominis, intētio eiusdē & opera. 41.b
 Via virtutis Christus. 105.a
 Viæ domini quales. 22.a
 Viæ hominis, concupiscētiæ illius. 18.b
 Viæ peruersæ. 58.a
 Viæ rectæ iustorum. 78.a
 Vidua Heliam nutriēs. 35.b & 36.a
 Viduæ Sarephthæ historia. 74.a
 Viduę obeeratæ tribulatio. 52
 Vidua pueri mortui mysticē. 74.b
 Vinculorum peccatorum solutio. 77.b
 Vindex cōtemptus sui deus. 81.a
 Vindictæ libido. 89.a
 Vinū lætitię spiritualis. 20.b
 Vinum quid. 49.a
 Violentia. 26.b
 Vir iustus ligno virenti comparatur. 40.b
 Virga Moyfi, crucis Christi typus. 60.b
 Virgæ bonorū p̄ciōres. 40.a
 Virtuoforū hominum adin-
- uicem conuentus 96.b
 Vita vt prolongetur. 11.b
 Vitæ longæuitas honori parentum promittitur. 54.b
 Vitia liberè sunt arguenda à prædicatoribus. 12.a
 Vltio calūniatorum. 85.a.b
 Vltio non appetenda. 89.a
 Vltionē Christi de inimicis petēs vt intelligēd⁹ sit. 102.b
 Vltor iuriæ diuinæ Moyses aduersus populū suū. 69.a
 Vnitas fidelium. 33.a
 Vocationi dei aduertēdū. 1.b
 Vocis Christi terror. 56.b
 Vocum horror in ferēda lege. ibidem.a
 Voluntas bona sine opere in iis satis est quæ ipsæ præstare non possit. 9.a
 Voluntas dei redemptio humani generis. 105.b
 Voluntas diuina à malis cōtra se promouetur. 43.a
 Voluntas mala mutāda. 21.b
 Voluntatem patris Christus fecit 22.b
 Volupt. uosorū hominum cōuentus. 96.b
 Vsuræ peccatorum. 26.b
 Vua acerba. 25.a. 26.a
 Vltio genarum. 99.a
 Vxores Osę pphetæ prior fornicaria, altera adultera. 65.a
- Z
- Z**elus Dei. 8.a
 Zozimus Romanę ecclesiæ pontifex. 114.b
- FINIS.

1

Homiliae in omnes Epi- STOLAS FERIALES QUADRA- gesimae iuxta literam, per fratrem Ioannem Royar- dum ordinis fratrum Minorum aedita, ac nunc denuò per eundem recognita & emendata.

IN DIE CINERVM.



Conuertimini ad me in toto corde vestro.

Joel. 2.

¶ In hac lectione propheticus sermo qua-
tuor nobis consideranda proponit. Primum
est salutaris exhortatio. Secundum est eius-
dem exhortationis ratio. Tertium est pro
delinquentibus sacerdotalis intercessio.

Quartum, Dei benigna conuersis facta promissio. Primum
ponitur à principio lectionis. Secundum, ibi: Et conuerti-
mini ad dominum Deum vestrum. Tertium, ibi: Inter vesti-
bulum. Quartum, ibi: Et respondit dominus.

¶ Circa primum tria facit. Primum hortatur ad conuersionem.
Secundum, docet conuersionis modum. Tertium, iubet vitare
de conuersione iactantiam & ostentationem. Secundum, ibi:
In toto corde. Tertium, ibi: Et scindite corda vestra.

¶ Circa primum dicit: Conuertimini ad me, inquit, à quo
utique post vanitates & peccata in regionem dissimilitu-
dinis abiistis. Conuertimini filij reuertentes, conuertimini
ad me, & ego recipiam vos. Non enim est voluntatis meae
mors impij, sed ut conuertatur & uiuat. Et iterum: Conuer-
timini, & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus ve-
stris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proicite à vo-
bis omnes iniquitates vestras in quibus prauaricati estis,
& facite vobis cor nouum & spiritum nouum. Et quare mo-
riemini domus Israel?

*Ad poenitentiam
deus in-
uitat.
Ezech 33
Eiusd. 18.*

¶ Qui habet aures audiendi, audiat patrem benignum vo-
cantem ad gratiam, ut tandem audire non cogatur iudicem,
duritiam, & impoenitens cor terribiliter exprobrantem, &

B mittere.

Pror. I.

mittentem in gehennam ignis. Dicturus est enim : Quia vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, quum vobis id quod timebatis aduenierit. Quum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit supervos tribulatio & angustia. Tunc innocabunt me, & ego non exaudiam: mané consurgent, & non inuenient me, eò quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non susceperint, nec acquieverint consilio meo, & detraxerint vniuersa correptioni meæ. Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.

Ierem. 2.

¶ Proinde, auersionem præuaricatorum à domino, & eorundem ad vanitates exitiosam conuersionem Dominus detestans, per Ieremiam Prophetam loquitur, dicens: Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt, fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, vnde & post pauca subdit, dicens: Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te dicit dominus exercituum. A seculo confregisti iugum meum, & rupisti vincula mea, & dixisti. Non seruiam. Et rursus ingratitude culpam obiicit, dicens: Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me dicit dominus. Quomodo dicis, nõ sum polluta? Vide vias tuas in conualle, & scito quid feceris. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt. Verterunt ad me tergum & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicent: Surge, & libera nos. Vbi sunt dii tui, quos fecisti tibi? Surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ.

Ierem. I.

¶ Quin potius conuertimini, inquit, videlicet à viis vestris prauis, à via lata, quæ ducit ad perditionem, à viis quæ sunt à sinistris, ne tãdem in magni iudicij die ad sinistram cum hæcdis collocati, auditionem illam malam atque pauan-

vnde te
conuertas,
& quo.

dam

dam audiatis: Ite maledicti in ignem æternum. Ergo nunc dum tempus est miserendi, dum misericordia super exaltat iudicium, conuertimini ad me, utique mitem & humilem corde. Nisi enim conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Ad paruulum ergo conuerti necesse est, malitia paruulos effici, & in propriis oculis paruulos esse. Et quia nihil facilius est volenti quam se humiliare, patet quod in superbia & abusione sua contumaci voluntate perdurantes, prorsus sunt inexcusabiles. Secundò docet conuersionis modum dicens:

Matt. 7.
Mat. 23.
Iacobi 2.
Matt. 18.

In toto corde vestro: in ieiunio, & fletu, & planctu.

¶ Hæc sola vera est conuersio, primùm cor per pœnitentiam mutare interiùs. Nam ieiunare, flere, plâgere, & hoc habitu foris incedere, corde interiùs pristinam peccandi intentionem retinente, non est veraciter cõuerti. Priùs ergo in toto corde vestro conuertimini ad me, & tunc demùm veram animi resipiscentiam, ieiunio & fletu, & planctibus exteriùs indicate: ut nunc ieiunantes, postea saturemini: nunc flentes, postea rideatis: nunc plangentes, postea plaudatis & consolemini.

vera cõ-
uersio
quæ sit.

¶ Quoniam verò tria sunt per quæ Deum offendimus, videlicet corpus nostrum, anima seu mens, & substantia rei temporalis, ideo docemur etiam per hæc eadem quod deliquimus emendare. Quod ergo per carnem deliquimus, corrigatur ieiunio: quod mentis consensu & voluntate absque exteriori opere peccauimus, humili oratione (quæ per fletum & plâctum intelligitur) abstergatur: quod verò per abusum rerū iniquè gessimus, eleemosynis in Christi pauperes Deum erogatis expietur.

¶ Et vide si nõ hoc triduo sancta mater ecclesia ad hæc tria nos exhortetur, siquidem hodie in præsentī lectione inducit ad ieiunandum: crastina verò, proposito exemplo Ezechix regis Iuda impetrantis oratione productionem vitæ, inducit ad orandum: porrò tertio abhinc die ad faciendam eleemosynam exhortatur, clamante Esaia (cuius tunc sermo proponitur) & dicente, Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Quum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.

Esa. 58.

¶ Cæterùm quum peccare contingat, vel in semetipsum, vel in Deum, vel in proximum, quod in nosipfos deliquimus, per ieiunium, quod in Deum, per orationem, quod in hominem per eleemosynæ largitionem emendetur.

Ieiunium spirituale

¶ Porro ieiunium duplex indictum nobis esse nouerimus, corporale scilicet & spirituale. De spiritali ieiunio (quod omni tempore, & ab omnibus obseruandum est) ait sanctus Augustinus: Ieiunium magnū & generale est abstinere ab iniquitatibus & illicitis seculi voluptatibus, imò verò (vt Bern. ait) ieiunandum longè ampliùs à vitiis quàm à cibis. Nam si sola gula peccauit, sola quoque ieiunet, & sufficit. Si verò peccauerunt & membra cætera, cur non ieiunent & ipsa? Ieiunet ergo oculus qui deprædatus est animam, ieiunet auris, ieiunet lingua, ieiunet manus, ieiunet etiã anima ipsa. Ieiunet oculus à curiosis aspectibus, & omni perulantia, ieiunet auris nequiter pruricus à fabulis & rumoribus, & quæcunque ociosa sunt, & minimè pertinent ad salutem, ieiunet lingua à detractione & murmuratione. Sed multò magis anima ipsa ieiunet à vitiis, & à propria voluntate. Etenim sine ieiunio hoc, cætera à domino reprobantur. Si enim in ieiuniis vestris (inquit) inuenitur voluntas vestra, non est tale ieiunium quod elegi.

Esa. 18.

Ieiunium quadragesimale.

¶ Corporale verò ieiuniū quod modò nobis indicitur, tria requirit. Vnum est quòd semel in die tantum, corpus cibo reficiatur. Alterum, quòd hora refectionis obseruetur, vt videlicet refectio non admittatur, nisi post officium vespertinum in ecclesia celebratum. Reliquum vt ciborū delectus habeatur, ita quòd esus carniū nequaquam admittatur, sed nec cibi cuiuslibet, qui à carne originem sementinam trahit, cuiusmodi sunt oua, caseus, lac, butyrum, & similia. Porro ieiunium hoc vernali tempore seruari conuenienter institutum est, tum vt per illud carnalis concupiscentiæ motus, qui hoc tempore tam in hominibus quàm in cæteris animantibus maximè inualefcunt, reprimauntur.

cur vernali tēpo re ieiunamus.

Tum ob memoriam & imitationem Christi domini nostri, qui hoc tempore propter nos ieiunare & mori dignatus est. Siquidem dominus noster Iesus Christus suo nobis exemplo ieiunium commendauit Sed qualis iam Christianus est qui id contemnit, quod ei tradidit ipse Christus? Tanto deuotiùs imitandum nobis est Christi ieiunantis

nantis exemplum, quāto certius est propter nos cum ieiunasse non propter semetipsum.

¶ Conuenienter etiam in numero dierum quadragenario ieiunium hoc est institutū: vt sic deo totius anni quodammo-
do decimam præstemus, quo triginta & sex dies continere
dinoscitur, cui non sine mysterio dies quatuor, vt quadrage-
narius compleatur numerus, superadduntur. Nam in figura
nostri (qui per pœnitentiam & ieiunium ad promissam
tēdimus hereditatē) filij Israel annis quadraginta vagi fue-
runt in deserto, mansionem stabilem non habentes. Rur-
sus quadraginta diebus ieiunauit Moyses, vt legem domi-
ni mereretur accipere. Quadraginta proinde dies dati sunt
Niniuitis ad pœnitentiam agendam. Quadraginta etiam
diebus ieiunauit Helias, dum persequutionem fugiens le-
fabelis per desertum ambulabat, dominum visurus in mō-
re Oreb. Demum (quod his omnis præstat) ieiunium nobis
(vt iam dictum est) commendans baptizatus à Ioanne in
Iordane dominus, vbi etiam à patre filius dilectus recogni-
tus fuit, & commendatus, quadraginta diebus & noctibus
in deserto solitarius ieiunauit.

*Cur nu-
mero qua-
dragenario.*

*Num. 14.
Exod. 24*

*Ionæ. 3.
3. Reg. 19.*

Mat. 4.

*Vt per ie-
iunium ma-
a vitatur*

2. Reg. 12

Iudith. 4

Hester. 4

2. Pa. 20.

Tob. 12.

Per ieiun.

niū caro

subiicitur

1. Cor. 9.

3. Reg. 19.

¶ Multiplex proinde vtilitas nobis ieiunium commendat.
Nam per ieiunium peccator deo reconciliatur, & euadit
comminata sibi mala. Prout patuit exemplo Niniuitarum,
qui per ieiunium promeritum, & iam denunciatum euase-
runt exitiū. Rursum exemplo Dauid, qui irato aduersum se
domino, exuto regio cultu in terram prostratus ieiunauit.
Obsessi proinde ab Holoferne in Bethulia filij Israel ieiunantes
dominum non frustra inuocauerunt. Ieiunauit Hester regina,
vt mortis edictum contra populum suum iam publicatum
auerteret. Iosaphat rex Iuda innumerabilem contra se
hostium multitudinem venientem expauescens, ieiunium
prædicauit, & hostium vires fregit. Deniq; angelus
Tobiam docens, ait: Bona est oratio cum ieiunio.

¶ Secundò per ieiunium spiritui rebellis caro subiicitur. Vnde
Apostolus Paulus Christo seruans in fame & siti, in ieiun-
iis multis, ait: Castigo corpus meum, & in seruitutem re-
digo. In cuius rei figuram Helias (sicut iam dictum est) fu-
giens Iesabelem, quæ domini prophetas interficiebat, ieiunabat.
Iesabel fluxus sterquilini interpretatur, & rectè car-
nem spiritui repugnantem designat, quæ diuinas in men-

te nostra illustrationes (vtique futurorum præfagas) quasi domini Prophetas, deliciis suis & voluptatibus necat.

Per ieiunium mens illustratur. Tertio per ieiunium mens humana in deum & eleuatur & illuminatur. Vnde & Moyses diuinæ legis scientiam acceperat, quadragesimam vnā, & rursum alteram ieiunauit. Danieli proinde & focis eius abtinentiæ merito dedit deus scientiam & disciplinam in omni libro, & sapientiam. Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum. Denique apostoli ieiunium spiritum sanctum accipientes, omni sapientia repleti sunt. Circa tertium vbi iubet vitare conuersionis ostentationem dicit:

Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.

Vestimenta scindere. Iudaicæ consuetudinis fuit in rebus aduersis, & tristibus vestimenta scindere: quod & pontifex ad domini Saluatoris insinulatum crimen augendum in euāgelio fecisse memoratur, Paulum quoque & Barnabam audientes verba blasphemæ iudem fecisse legimus. Scindite, inquit, corda vestra, & non vestimenta vestra. Corda, inquam, quæ plena

Scindere corda.

sunt peccatorum, quæ instar vtrius nisi scissa fuerint, sponte rumpuntur. Quum hoc feceritis, redite ad dominum deum vestrum, quem vobis priora peccata fecerant alienum. Sed quum sint quorūdam corda lapidea, quo pacto possent illa scindi, quæ nec circuncidi quidem possunt? quibus per Christi testem dicitur: Incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resististis. Debet autem peccatoris cor scindi gladio spiritus, quod est verbum dei, vtique verbum viuum & efficax, & penetrabilius omni gladio accipiti. Alioqui non est conuerti ad Dominum in toto corde, nisi contrito & scisso corde.

Actu. 7.

Ephes. 6.

Heb. 4.

Vestes spirituales.

Itaque corda scindamus, quatenus integra proinde vestimenta seruemus. Vestes enim nostræ corā deo, virtutes sunt. Bona vestis charitas, bona vestis humilitas, bona vestis castitas, bona vestis patientia est. Beatus qui vigilat, & custodit hæc vestimenta sua, ne nudus ambulet. Denique beati quorum tecta sunt peccata. Charitas enim operit multitudinem peccatorum. Itaque vestimentis his saluis & integris, cor nostrum si prauum fuerit, scindatur ad confessionem, si durum, ad compassionem. Quidni scindatur cor, vt visceribus affluat pietatis? Quidni scindatur vlcus,

vt sal-

vt sanies extillet? Vtilis omnino vtraque scissio vt nec clausum lateat peccati virus in corde, nec indigenti proximo viscera misericordiæ claudamus, vt & ipsi misericordiam consequamur.

¶ Quod autē ad sensum literæ attinet, dum scindere præcipimur nō vestimenta, sed corda vtique vitare iubemur cō-
Vitanda iactantia
 uersionis & pœnitentiæ nostræ iactantiam & ostentationē
pœnitentibus.
 (vt suprā dictum est) iuxta sententiā domini dicentis: Quū
Mat. 6.
 ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Tu autem quū ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito. Et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Vbi August.

¶ Manifestum est, inquit, his præceptis omnem nostram intentionem in interiora gaudia dirigi, ne foris quærentes mercedem, huic seculo cōformemur, & amittamus promissionem tantō solidioris atque firmioris, quantō interioris beatitudinis, qua nos elegit deus cōformes fieri imaginis filij sui. Vbi maximē aduertendum est, non solū in rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis, esse posse iactantiam, & eō periculosiorē, quōd
Iactantia duplex.
 sub nomine seruitutis dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis atque vestitus, vel cæterarum rerum nitore præfulget, facilē conuincitur rebus ipsis pomparum seculi esse sectator, nec quenquam fallit dolosa imagine sanctitatis. Qui autem in professione Christianitatis inusitato squalore ac sordibus intentos in se hominum oculos facit, quū id voluntate faciat, non necessitate patitur: cæteris eius operibus potest conici vtrum hoc contemptu superflui cultus an ambitione aliqua faciat.

¶ Quia & sub ouina pelle cauendos lupos dominus præcepit, sed ex fructibus, inquit, eorū cognoscetis eos. Quum enim ceperint aliquibus tērationibus ea ipsa illis subtrahi vel negari quæ isto velamine vel consequuti sunt, vel consequi cupiunt, tunc necesse est vt appareat, vtrum lupo in ouina pelle sit, an ovis in sua. Nō tamen propterea ornatu superfluo debet aspectus hominum mulcere Christianus: quia parum habitum ac necessarium etiam simulators sæpius vsurpant, vt incautos decipiant, quia & illæ

Mat. 7.
Hypocritæ a deprehendit.

oues non debent deponere pelles suas, si aliquando eis lupi se contegunt.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et conuertimini ad dominum deum vestrum, quia benignus & misericors est.

¶ Hic ponitur dictæ exhortationis ratio. Vbi tria ponit, quæ nos ad conuersionem inducunt. Primum est dei benignitas & misericordia. Secundum est dei longanimitas & patientia. Tertium est pia spes de dei in nos beneficentia. Secundum ibi, patiens & multæ misericordiæ. Tertium ibi, quis scit.

Benignitas dei innotescit.

Luc. 6. Malorum prosperitas.

¶ Circa primum dicit: Et conuertimini ad dominum deum vestrum, quoniam benignus & misericors est. Benignus enim nobis est dominus in eo quod indignis affluenter administrat temporalia bona, quibus proculdubio peccator dignus non est. Deus enim creaturam mundi huius facit, non ut impiis & sui contemptoribus, sed sibi subditis deseruiret. Verum bonus & benignus est super malos & ingratos, & solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et hoc quidem, ut ipsos malos ad suæ bonitatis agnitionem & dilectionem alliciat, quum & ipsas feras videamus beneficiis mansuetas effici ac domesticari, tametsi etiam fortassis hæc illis deus bona largitur, ut pro his quæ hinc rectè gesserint accipiant mercedem suam. Siquidem (ut ait Grego.) mali bona quæ hic agunt, recipiunt ut ad sola post modum tormenta pertrahantur. Unde & ardenti in inferno diuiti dicitur: Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua. Denique & hanc vel præcipuam ob causam, Deus malis bona largitur, ut benefaciendi inimicis nostris in semetipso nobis exemplum ostendat, sicut ipse ait: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filij patris vestri qui in cælis est. Porro misericordia eius in eo nobis præcipuè innotescit, quod peccatores per viam perditionis aberrantes & ad se reuocat, dicens: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos & iterum: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & redeuntes paterna clementia ad reconciliationis osculum recipiens, misericorditer illorum delictis ignoscit. Quæ

Luc. 6.

Misericordia dei.

Zacha. 1.

Matt. 11.

Quam gratiâ pharisæi peccatoribus inuidentes dicebant:
Hic peccatores recipit, & manducat cum eis,

¶ Circa secundum quod nos ad conuersionem debet inducere, quod est, Dei longanimitas & patientia, cōsequenter dicitur:

Patiens & multus misericordia, & præstabilis super malitia.

¶ Patiens est, inquit, & multus misericordia qui non humanam imitetur impatientiam, sed longo tempore nostram pœnitentiam præstoletur, sicut Esaias ait: Expectat Dominus vt misereatur. Et vndè per Sapieniam ad Dominum dicitur: Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorū quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiā. Vndè etiam B. Bernard. Magna planè, inquit, patientia Domini in expectatione peccatoris est. Non enim peccatē angelum expectauit, sed præcipitauit è cælo. Primum hominem peccantem non distulit, sed protinus expulit de paradiso. Sed nunc patiens est & præstabilis super malitia, id est, pœnitens, vt si nos egerimus super peccatis pœnitentiam, vt ipsum quodammod opœniteat comminaionis suæ & promerita mala non inferat, nostræque mutatione sententiæ, & ipse quodammodo mutetur.

¶ Circa tertium quod est pia spei beneficentia consequenter dicitur:

Quis scit si conuertatur, & ignoscat deus, & relinquat post se benedictionem?

¶ Aduerte quemadmodum nos in ipsa pœnitentia cautos esse cupit, & securitatem tollens humilitate sancta nos reddit sollicitos, dicens: Quis scit si cōuertatur & ignoscat deus? Ac si dicat: Ego quidem hortor (quod meum est) ad pœnitentiam, & Deum ineffabiliter noui esse clementem dicente Dauid: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam, sed quia profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei nosse non possumus, sententiam temperet: opto potius quàm præsumo: tantum interim sacrificium & libamen domino deo nostro subaudi offeratur. Sacrificum contriti cordis, & libamen piæ cōfessionis

Patientia des.

*Esaias. 30.
Sap. 11.*

Sperandū esse cum timore.

psal. 50.

*spem con-
firmat.* fessionis ac boni operis, & quod nescimus videlicet si
conuertatur & ignoscat deus, & relinquat post se bene-
dictionem, in eius arbitrio relinquamus, in spe mise-
rationis suæ pendentes. Quod autem deus ad pœniten-
Exod. 12. tiam nostram conuertatur, & post se benedictionem reli-
cturus sit, illud nobis exemplo est, quod ipse in Exodo lo-
quitur dicens: Erit autem sanguis vobis in signum in ædi-
bus in quibus eritis, & videbo sanguinem, & transibo vos:
nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero ter-
ram Aegypti. Vtique verbis istis sese ad sanguinis signum
conuertit, & videre sanguinem ac trāsire, atque benedictio-
nem & vitā post se relinquere profitetur.

¶ Secundum hanc similitudinem post passionem saluato-
ris nostri Iesu Christi, sanguine eius postes suos, id est, frō-
tes suas signantes cuncti qui pœnitentiam in nomine eius
prædicatam susceperunt, spem habent non vanam quæ con-
uertatur deus ad signum istud, & relinquat post se benedi-
ctionem, transiens & Aegyptios, id est, cunctos superbos,
atque impœnitentes, æterni iudicij sententia percutiens.
Hanc pœnitentiam & remissionem peccatorum prædican-
dam in omnes gentes incipi oportebat ab Hierusalem, sic-
Luca. vii. ut ipse testatus est post quā resurrexit à mortuis, loquens
apostolis suis: Quoniam sic scriptum est, inquit, & sic o-
portebat Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia,
& prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem
peccatorum in omnes gentes, incipiētibus ab Hierusalem
Proinde per prædicationis tubam conuocari iubet sermo
propheticus ecclesiam vniuersam ad pœnitentiam & ieiunium, dicens:

*Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœ-
tum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, coad u-
nate senes, cōgregare paruulos & suggētes vbera Egred-
diatur spōsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.*

¶ Hoc totum futurum prædixit propheta in conuersione
multitudinis gentium ad Christi fidem & ad pœnitenti-
am per tubam apostolicæ prædicationis, quæ (vt dictum
est) in Sion, hoc est in Hierusalem incipiens, progres-
psal. sa & audita est per vniuersum mundum. In omnem ter-
ram, inquit, exiuit sonus eorum, & in fines orbis ter-
ræ ver

tz verba eorum Et non solum hæc esse futura propheta
 prænuñciauit, sed etiam hortatur, vt per nos intentè & stu-
 diose perficiantur. Et quidem bene per tubæ clangorem *Num. 10*
 predicatio accipitur. Nā sicut in Numeris legimus Moyse
 duas tubas argenteas facere iubetur, quas filij Aaron facer-
 dotes inflarent, vt per illarum clangorem populus (dum ef-
 fet opus) conuocaretur ad consilium, ad bellum, ad motio-
 nem castrorum, ad solenne epulum, & ad festum. *Turbare
 vsus ad
 quinque.*

¶ Tubæ duæ argenteæ, pura & sonora prædicatio est scrip-
 turæ diuinæ quæ in duobus testamentis continetur, quam
 scire & populo prædicare sacerdotum est, iuxta illud: Labia
 sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore
 eius. Itaque per huiusmodi tubæ clangorem conuocandus
 est populus ad fidei & vnauinitatis atque pœnitentiæ con-
 silium. Cohortandus est nihilominus contra antiquum ho-
 stem ad bellum contra carnem quæ aduersus spiritum con-
 cupiscit, & contra fallaces illecebras huius mundi. Præpa-
 randus insuper & monendus ad motionem castrorum,
 quia non habemus hic manentem, ciuitatem, sed futuram
 inquitimus. *Malac. 2.*

¶ Inuitandus proinde est credentium populus huiuscemo-
 di, clangore tubarum ad epulum cœlestis verbi, quo anime
 fidelis in Christo vita nutritur, ad epulum etiam paschalis
 agni in venerabili eucharistiæ sacramento, de quo ipse ait
 Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius
 sanguinem, non habetis vitam in vobis. Et iterum: Caro
 mea, inquit, verè est cibus. Et qui manducat me, ipse viuet
 propter me. *Gala. 5.*
Iohan. 6.
ibidem.

¶ Denique ad cœlestis gloriæ festum his tubis inuitamur.
 Mittit enim dominus qui dicant inuitatis: Parata sunt om-
 nia, venite ad nuptias. Ait ergo: *Mat. 22.*

¶ Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium. Vbi aduertit
 dum est, quodd plus est sanctificare ieiunium, quàm prædi-
 care ieiunium, quia ieiunare & etiam ieiunium prædicare
 impij quoque possunt, qui non remissionem peccatorum,
 sed tantummodo malorum præsentium ieiunando quaerunt
 remedium. Quale fuit ieiunium Achab, qui occidit
 iustum virum Naboth, vt vineam eius possideret. Quum
 enim audisset sermones Helix, scidit vestem suam, & ope-
 ruit *3. Reg. 21.*

Idem, iudicium in iudicij hunc est.

ruit cilicio carnem suam, ieiunauitque & dormiuit in sacco & ambulabat demisso capite. Sed quam ob causam? Nunquid vt remissionem peccatorum acciperet, & salutem æternam obtineret? Non vtique, sed ne temporali regno viuens careret. Ergo ieiunauit quidem, sed non sanctificauit ieiunium, & ideo nec mercedem sanctorum recepit, sed mercedem suam, mercedem transitoriam, dicente domino ad Heliam: Nōne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, nō inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij eius inducam malum super domum eius.

¶ Itaque sanctificate ieiunium, id est, idcirco vt sancti fitis celebrate ieiunium, & ad illud vocate cōrtum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, & in ea coadunate senes, & congregate paruulos, ac suggerentes vbera, vt videlicet senum, id est sapientum maturitas paruulos quibus adhuc late opus est erudiat, & ad solidum vsque cibum perducatur.

1. Cor. 7. Quod deinde subiungit, egrediatur sponsus de cubili suo idem ei est quod & Apostolus dicit: Hoc itaque dico, fratres tempus breue est: reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint. Item, Volo vos, inquit sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, cogitat quæ Domini sunt, quomodo placeat deo. Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Nimirum secundum huiusmodi prædicationem euangelicam, siue apostolicam viuere, hoc est sponsum de cubili, & sponsam de thalamo suo exire.

¶ Circa tertium principale dicitur

Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri domini, & dicent: Parce domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis, vbi est deus eorum?

Leuit. 4.
Sacerdotum minister
ius orare.

¶ Hic designatur sacerdotalis intercessio. Nempe sacerdotum est orare pro populo. Vnde in Leuitico scriptum legitur: Si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit contra mandatum domini, rogante pro eis sacerdote, propitius erit eis dominus. Si peccauerit princeps, & fecerit quod lege domini prohibetur, rogabit

pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Quod si peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ vt faciat quicquam de his quæ domini lege prohibentur, atque delinquat, & cognouerit peccatum suum, rogabit pro ea sacerdos, & dimittetur ei. Vndè & hîc dicitur: Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri domini, & dicent: Parce domine, parce populo tuo. Vbi propheticus sermo & locum designat vbi precentur sacerdotes, & quales esse sacerdotes, & quid postulare debeant pro populo deprecantes.

¶ Porro locum designans dicit: Inter vestibulum & altare, quo proculdubio assiduitatem significat religionis & continentię sacerdotum, qui vt parati sint semper ad orationes & hostias Deo iugiter offerendas, in castis locis & domibus circa templum, vel ecclesias Deo dicatas decet commorari, quomodo videmus apud viros religiosos obseruari, qui sub regulari disciplina in sacris locis cōmanentes, ad preces & dei laudes nocte, & interdiu excubantes peruigilāt, quemadmodum hic Propheta quum hæc diceret, futurum esse præuidebat. Qui eiusmodi sunt & sui non obliuiscuntur propositi, quo proposuerunt esse: sacerdotes domini plorāt & orant die ac nocte, crebris noctium vigiliis dierumque ieiuniis pro peccatis populi Christiani.

¶ Quales autem esse debeant sacerdotes satis innuit, dum addidit ministri domini, vtpote qui se habitu & actu, domini ministros esse testentur, sicut ipse ait: Qui mihi ministrat, me sequatur. Non ergo possunt esse ministri avaritiæ, dicente domino: Non potestis Deo seruire & mammonæ. Non immunditiæ & luxuriæ: quia non nisi qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiā, stabit in tabernaculo Dei in loco sancto, sicut ipse ait: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabit. Non arrogantię vel ambitionis, dicente rursus domino: Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam.

¶ Denique quid sacerdotes ministri Domini precari debeant, ostendit dicens: Parce domine, parce populo tuo, quo modo Moyse orauit pro populo, dicente: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti. Parceret & nunc populo suo Dominus, si essent qui precibus suis obiectis starent pro populo. Hinc enim per Ezechie.

Inter vestibulum & altare.

*Sacerdotes attendunt.
Ioan. 12.
Matt. 6.*

Quid sacerdotes precentur.

Ezec. 22. chielem dominus dicit: Quęsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne disparent eam, & nō inueni. Et effudi super eos indignationem meā, & in igne irę meę consumpsi eos. Parce, inquit, domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam, id est, eundem populum tuum, ecclesiam tuam, quę est hereditas tua, magno precio per te redempta.

Hostis ecclisie. ¶ Hanc ergo hereditatem tuam ne des in opprobrium, ne super illam gaudeant inimici eius, ne deprędentur, ne dissipent, ne discendant eam extranei, hostes eius, inimici tui, siue demones illi sint, siue homines mali, videlicet, vel tyranni auferentes substantiam & humanam pacem, siue heretici surripientes fidei vnitatem, siue falsi fratres sint qui videntur esse domestici, & veri sunt inimici. Precantes ergo sacerdotes ministri domini dicant, parce domine parce populo tuo. Sequitur:

¶ Quare dicunt in populis vbi est Deus eorum? hoc erat insipientium, dicere in populis, vbi est deus eorum? pro eo quod videbant virgam peccatorū admissam super sortem iustorum, & cędi corpora eorum, diripi substantiam eorum, irrideri simplicitatem eorū: blasphemari pietatem & sanctitatem eorū, negari fidem eorum, suggillari spem eorum, infamari mendacibus calumniis innocentiam ipsorū, putare illos non habere Deum, aut certē non posse, aut non velle eos adiuuare deum ipsorum. Non ita, sed quid?

zelatus est dominus terrā suam, & pepercit populo suo.

Zelus dei bonus.

1. cor. II.

¶ Zelatus est dominus terram suam, hereditatem suam, ecclesiam suam, id est, fideles suos: zelatus est inquam, zelo bono, zelo paterno: & sicut pater percutiens miseretur filiorum suorum, & parcis eis: ita percussit, & percutiendo pepercit populo suo tanquam filiis. Ecclesiam quippe suā dominus his nostris temporibus (sicut etiam sæpe prius) zelatus est, ne sacramenta eius indignē tractarent, & permisit fieri persecutiones vt electi cribrarentur sicut triticum discedente palea, qualis in initio fuit proditor Iudas, oportere indicans hæreses quoque esse, vt qui probati essent, fierēt manifesti, & inter ipsas tribulationes fierēt clariores, signis etiā & virtutibus glorificati. Hęc disciplinam patris ignorantes dicebant, & dicunt in populis: Vbi est

Deus

Deus eorū? Qui autem intus esse videntur, quasi eundem profitendo deū dicunt: Vbi est sanctitas vel perfectio viarum illorum? Quemadmodū in amicis Iob apparuit, qui ex eo quod percussus erat, opinabantur quod coram oculis Dei extitisset impius, qui coram hominibus iusti famā obtinuerat. Dicebant enim: Vbi est timor tuus, vbi est fortitudo tua, & perfectio viarum tuarū? Recordare obsecro te, quis vnquam innocens periit, aut quādo recti deleti sunt? Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores & metunt eos, flāte Deo perisse, & spiritu irę eius cōsumptos esse. Subauditur, vt tu nunc cōsumptus es. Sic longa concertatione contendebant, vt cogerent eū cedere, ad consentiendum eis quod de illius vita nullatenus bene æstimandum sit, quemcunque aduersis opprimi, vel flagellis diuinitus cingi contigerit: & quod neminem contingat secundum corpus consumi, nisi pro merito proprię iniquitatis. At ille plus aliquid sentiebat quā quod hic dictum est: Zelatus est dominus terram suam, & pepercit populo suo, videlicet quod neque (vt illi æstimāt) semper peccatores aut impij reputandi sint quos Deus afflixerit, neque omnes quos Deus percuti permittit, percuti à Deo zelo corripientis ad purgationem, verū nonnullos ad probationem vt coronę illis & præmia multiplicentur.

Iob. 4.

Non semper ob peccata homines affligi.

¶ Circa quartum principale dicit:

Et respondit dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mittam vobis frumentū & vinū, & oleum, & replebimini in eis, & non dabo vos vltra opprobriū in gentibus.

¶ Hic ponitur benigna Dei promissio. Ecce, inquit, ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum. Si consideremus maiestatem eius qui hæc pro magno promittit, maius aliquid his tribus, scilicet frumento, vino & oleo, significatur quā carnalis quisque & animalis homo, vel etiā Iudæus intelligat, videlicet frumentum illud, & vinum & oleum illud, quo edentes illud & bibentes, & quo delibuti, omnes æternitatem glorię consequantur. Et istud quidem frumentum corporale vinūque & oleum dona Dei sunt, & nonnunquam timentibus Deū pro quadam consolatione dantur, & data sunt. Sed frustra dantur, & frustra sumuntur, nisi vtentes istis operemur, vel quæramus frumentum

YOH. 12.

mentum illud quod est verbum Dei, scilicet Christus: qui de semetipso loquens dicit: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert, & vinum & oleū illud quod pius Samaritanus vulneribus eius qui in latrones incidemat, infundit. Quia nimirum de talibus veraciter dicit maiestas promittentis: & replebimini in eis. Sola nempe hæc sunt quibus repleti vsque ad sufficientiam va-
citas nostra possit.

LUC. 10.

FERIA QUINTA POST
diem Cinerum.

ESA. 38.



N diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem.

¶ In hac lectione tria nobis consyderanda proponuntur. Primum est Ezechia regis lethalis ægrotatio. Secundum est ægrotantis lachrymosa deprecatio. Tertiū lachrymosæ deprecantis benigna eruditio. Primum à principio lectionis. Secundum, ibi: Et conuertit. Tertium, ibi: Et factum est verbum domini. Circa primum aduertendum est, quod sancta mater ecclesia quæ nos hesternæ die hortata fuit verbis prophetici sermonis ad ieiunium, hodie proposito nobis Ezechia regis exemplo productionem vitæ precibus obtinētis, inducit ad orationem. Hæc enim post ieiunium satisfactionis altera pars est. At ergo: In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem. Vbi tria sunt consyderanda. Primum est ægrotationis occasio. Secundum est morituri præmunitio. Tertium est mortis denunciatio. Secundum, ibi: Et introiuit ad eum. Tertium, ibi: Quia morieris tu, & non viues. Circa primū aduerte quod hanc Ezechia dicunt ægrotationibus causam fuisse, quia post incredibilem diuinitus sibi datam victoriā de rege Assyriorum, in cuius castris angelus domini vna nocte percusserat centum octoginta quinque millia virorum, in superbiam elatus est, nec Deo debitas reddidit gratiarum actiones. Circa secundum, quod est morituri præmonitio, dicitur:

ESA. 37.

Et introiuit ad eum Esaias filius Amos propheta, & dixit ei, Hæc dicit dominus, Dispone domui tuæ.

¶ Hoc est, Hæredem designa qui tibi morituro succedat. Quum autem & ipsi nos morituros nõ ignoremus, etiam nobis dictũ putemus, Dispone domui tuæ. Itaque tripharia nobis est domus disponenda. Prima est habitationis terrenæ. Secunda est domus conscientie propriæ. Tertia est domus habitationis aternæ. Domus habitationis terrenæ, in opibus & familia consistit. Igitur de rebus seu opibus, dum in tua sunt potestate, dispone per æquitatem & iustitiam, cuique quod suum est reddendo, si potes: si non potes, saluabit te bona voluntas sine opere, sed cuncta vt nosti prius quàm moriaris edicito, ne post te lites derelinquas. Ergo, si potes, aliena restitue, ne cum importabili sarcina iniquitatis, hinc ad iudiciũ Dei demigrans, in operibus manuum tuarum peccator comprehendaris, & accepta damnationis sententia cum sarcina iniquitatis demergaris in infernum.

¶ Proinde etiam familiam in filiis & domesticis tuis in vita tua moderando & corrigendo dispone, ne quomodo quõdam Heli propter filiorum peccata, quæ corrigere dissimulauit, à Deo percussus interiit, & ipse ob simile delictum à domino reprobetur.

¶ Porro conscientie tuæ domum hoc modo dispone, vt delictet hanc per veram cordis compunctionem, immundo primùm habitatore pulso, mox intromisso per aurium fenestras lumine verbi Dei, cõfessionum scopis mundatam, & operibus piis reddere cures ornatam. Pelles autẽ ex ea habitatorem immundum, si secundum consiliũ archægeli Raphaelis, cordis particulam, id est, sollicitẽ meditationis curam, vel super illos cunctis metuendos inextinguibiles gehennæ carbones, vel certè super illius ignis carbones quem dominus ipse misit in terram, & vult vehementer accendi, collocaueris. Quid enim sunt aliud sua incarnatio, cõuersatio cum hominibus super terrã, cœlestis suæ doctrinæ verba, passio denique & preciosa mors ipsius quã incõparabilis argumento dilectionis pro nobis adiit, quid inquam sunt hæc, nisi diuinæ dilectionis indicia, & congesi super caput mentis nostræ carbones ignis & amoris incitamenta? Hinc proculdubio cõpunctionis fumus ascen-

triplicẽ
domũ dis-
pone.

Domus
habitationis
terrenæ
n.c.

1. Reg. 3.

Conscien-
tiam vt
disponas.

Tob. 6.

Consiliũ

Raphae-
lis.

Luc. 21.

dens extricat omne genus demoniorum. Exeat autem necesse est ab hac domo, malarum corruptus aer cogitationum, & cœlestis verbi quasi vitalis auræ refrigerium, apertis (vt iâ dictū est) auriū fenestris, quasi salubris aer introeat. Quo peractō poteris in hac tua domo spe sancta con-
 quiescere, & dicere: Cōuertere anima mea in requiem tuā.

Eccle. 21.

Psal. 7.

Luc. 10.

Gen. 4.

Eccle. 11.

2. Cor. 5.

2. Cor. 3.

¶ Verū vt histriones, & illis similes, homines vitę leuio-
 ris rarō propriis in domibus reperiuntur, sed magis in do-
 mibus alienis, iuxta illud: Pes fatui facilis in domū proximi,
 & illud de muliere indisciplinata Garrula vaga, quie-
 tis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis.
 Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians,
 sic nimirum homines vani à semetipsis dissidētes, & intra
 semetipsos nullam habentes requiem, ad aliena se conuer-
 tunt, vt vel in ipsis exterioribus, & fluxis rebus ad tempus
 utcumque sese solentur. Vno siquidem illo (quod necessa-
 rium est, & solum sufficit) derelictō, vagi & profugi sunt
 super terram. Vagi per inordinatam & insatiabilem cōcu-
 piscentiam, profugi verō per sceleratam conscientiam.

¶ Denique de domo mansionis æternę dictum est: Et ibit
 homo in domum æternitatis suę, videlicet corpus in ter-
 ram, vbi tamen in perpetuum non manebit: spiritus autem
 in locū suum quem sibi metipsi sua libera voluntate elegit
 & operibus suis quę gessit in corpore præparauit, siue in
 suppliciiis, siue in delitiis & gaudiis sempiternis. Domum
 itaque nobis ipsi si sapiamus, dum tempus & facultas datur,
 in cœlo cōparemus, vt possimus cum Apostolo dicere: Sci-
 mus quoniā si terrestris domus nostra huius habitationis
 dissoluatur, quōd ædificationem ex deo habemus, domum
 nō manufactam, sed æternam in cœlis. Nam & in hoc in-
 gemiscimus, habitationem nostram quę de cœlo est su-
 perindui cupientes: si tamen vestiti, & non nudi inuenia-
 mur, videlicet à veste nuptiali. Ad hanc domum suspira-
 mus, cū Propheta dicentes: Heu mihi quia incolatus meus
 prolongatus est: sicut & Apostolus qui rursus ait: Nam
 & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati,
 quotidianis, scilicet, hostium incursionibus. Tabernacu-
 lum enim diuersorium militantium est. Ergo quia non po-
 teris hic amplius villicare, & velis nolis demigrandū est,
 illic tibi mansionem per sanctę operationis instantiam pa-
 rare

fare contende. Illuc iam mente transcede, desideriorum sanctorum & precum nuncios præmitte, illic colloca thesaurum tuum, vbi nec ærugo nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt & furantur, vt & illuc in hora suprema diuulsus à corpore spiritus tuus euolet & ascendat. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Circa tertium quod est mortis denuntiatio, dicitur:

Matt. 6.

Ibidem.

Quia morieris tu, & non viues.

¶ Hoc dicebat Propheta secundum dispositionem causarum inferiorum quæ sufficiebant ad mortem regi inferendam. Et non viues, inquit, scilicet in futura vita cum domino. Et ita comminatur ei & corporis & animæ mortem, quia viuens non fecerat quod debebat.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad dominum, & dixit: Obsecro domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno.

¶ Hic ponitur ægrotantis Ezechie lachrymosa deprecatio. Audita nempe sententia suæ mortis, ad preces & spem se totum conuertit. Conuertit autem faciem suam ad parietem, ne vel suus audiretur gemitus, vel lachrymæ viderentur. Et orauit ad dominum, & dixit: Obsecro domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, non in hypocrisis vel simulatione. Nec tamen deputandum est iactantiæ, quod à se bene gesta commemorauit, sed prudentiæ, vt videlicet in extrema necessitate spem quæ tum maximè erat necessaria, confirmaret: iuxta illud, In die malorum, non immemor sis bonorum. Sicut autem grauis culpa est sibi arrogare vel quod non habet, vel quod non est, sic, etiam culpa nulla est, si humiliter dicitur de se quod bonum est. Et in corde perfecto, inquit, id est corde integro, non diuiso, vt post idola claudicarem, sicut fecerunt prædecessores mei reges multi.

Eccle. 31.

¶ Et quod bonum est, in oculis tuis fecerim. Pater enim ipsius Ahas Dei cultum prorsus abiecerat, & vsque adeò aboleuit, vt templum domini clauderet, ne illuc colendi

S. par. 28

Impietas

Ahas

C ii

gratia



gratia quisquam ingrederetur. Et de altari domini, id est, altari holocaustorum, quod æneum erat (vt dicunt) horologium fecerat, & multiplicauerat sacrilegia & cultū idolorum. Ezechias autem abominaciones & simulachra quæ reliquerat iste suos pater destruxit, & Dei cultum in statū pristinū restituit. Et fleuit, inquit, Ezechias fletu magno. Et vtrique fletu magno, quia rei magnæ, imò omniū maximæ, iacturam dessebat, quia videlicet non haberet quem post se relinqueret filium hæredem, vnde possit impleri ea quæ ipsi Dauid facta fuerat à Deo pollicitatio, dicente: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

*¶ Paries ad
quē flen-
tes conuer-
tamur.*

Iob. 1.

Ezech. 8.

¶ Sanè ad nostram quoque spectat eruditionem, quòd dictum est conuertisse regem faciē suam ad parietem & fleuisse. Paries enim qui diuidit inter nos & Deū, peccatorū nostrorum congeries est. De quo nobis valde est formidandum, ne cadens opprimat nos, quomodo super filios Iob paries cecidisse legitur, & hos omnes oppressisse. Inclinatorum enim est ad casum. Parietē hunc in Ezechiele fodere iubemur, vt videamus & cognoscamus abominaciones intra parietem hunc magnas, iram Dei prouocātes. Si enim nosmetipsos ad hunc parietem (annos nostros in amaritudine animæ nostræ recogitantes) conuertimus, copiosam proculdubio reperiemus causam plorandi. Potest nihilominus per hunc parietem non incongruè fragilis nostræ carnis mortalitas designari, cuius etiam consideratio inducit ad fletum & humilitatem.

*¶ Agrotā-
tes nō de-
bere spe
vana iac-
tari.*

¶ Cæterum & illud ociosè prætereundum non est, videlicet quòd si Ezechias nō audisset denunciaram sibi mortis sententiam, nequaquam se flets ad orationem conuertisset. Vnde patet culpandos esse qui ægotantem quemlibet fratrem vel proximum, spe longioris vitæ recuperandæ sanitatis fallaciter lactantes. studio placendi decipiunt. Hęc enim reptomisio nequissima multos perdidit. Debēt itaque ægotantem visentes, præsertim corporum medici, vbi verosimiliter de morte timetur, illud suggerere quod hic propheta domini. Ezechie regi denunciauit, Dispone domui tuę, quia morieris tu, & non viues.

¶ Circa tertium principale dicitur:

Et factū est verbū domini ad Esaiam, dicēs: Et vade,



Et die Ezechiae: Hæc dicit dominus deus David patris tui. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciam super dies tuos, quindecim annos, & de manu regis Assyriorum eruam te & ciuitatem istam & protegam eam, ait dominus omnipotens.

¶ Hic ponitur lachrymosæ deprecationis benigna exauditione. Vbi etiam patet quantum potest apud deum humiliati & cõpuncti cordis supplicatio. Factum, inquit, est verbum domini ad Esaiam, videlicet à denunciata regis morte priusquam mediam atriij partem egrederetur. Hæc dicit dominus deus David patris tui, cuius & fidem sectaris, & opera, & desyderas impleri quæ sunt illi de nascituro eius semine Christo promissa. Audiui orationem tuam, vidi lachrymas tuas, quibus tibi donari vitam postulasti.

¶ Sed nõne falsum dixerat qui denũciauerat moriturum? Rursus: Si hoc quod dixerat propheta viderat in libro diuinæ veritatis, falsum vidisse putetur, & quod consequens est mutata fuisse videtur præscientia dei? Sed verum propheta

dixerat, nec quicquam falsum aut incertum scriptum est in libro vitæ, in speculo diuinæ veritatis. Nam quasi duobus modis aliquid illic scriptum est, videlicet, vel secundum causas superiores in mente diuina, & sic erat ibi scriptum regem nõ moriturum, quod vtique dominus prophete non ostendit, vel secundum causas inferiores cuiusmodi sunt morbi, vel casus quilibet mortis discrimen afferentes, & sic erat ibi scriptum Ezechiam moriturum, & hoc ostendit dominus Esaiæ. Non ergo falsum dixerat Esaias, nec mutata est præscientia dei. Deus enim (vt beatus Gregorius ait) sententiã suam, non consilium mutauit. Res tantum mutatae sunt, non consilium dei. Naturam enim quæ iam in rege de fecerat, sciebat dominus se reparaturum ad orationem & lachrymas deprecantis. Quod autem Propheta mortem denuncians mentitus non fuerit, vel hoc declaratur exemplo

quo videlicet quispiam de cæco loquens, diceret: Iste amplius non videbit, etiam si postea per dei potentiam miraculosè foret visum recepturus: non propter hoc mentitus esse diceretur, qui dixerat hunc amplius non visurum, nec falsum dixisset secundum intentionem suam, quæ causis naturalibus tantum & inferioribus nitebatur.

Nun vera fuerit Esaiæ denunciatio

In dei præscientia aliquid duobus modis esse.

Simile.

FERIA QUINTA

Oratione ¶ Ecce, inquit, ego adiiciam super dies tuos quindecim annos, non ultra illos quos in prescientia mea statueram, sed *vitã pro longari.* istos quindecim quibus carere propter peccata tua merueras, reddam tibi, & erit vita tua tanta, quanta fuerat in prescientia mea. Huic simile aliquid habes in Dauid, qui mox *2. Reg. 12* vt ad Prophetam Nathan se arguentem de crimine, dixerat corde contrito & humiliato, peccaui, audire meruit. Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Et rursum *1. Reg. 14* alibi: Quum vidisset Dauid angelum percutientem plaga mortis populum, & dixisset orans & clamans ad dominum: Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi: isti qui oues sunt quid fecerunt, Vertatur obsecro manus tua contra me & contra domum patris mei, statim post hæc audiuit ad se! Prophetam dicentem: Ascende, & constitue altare domino, & plaga cessauit. Sic regi Achab, sic etiam Niniuitis dominus pepercit quia induti sunt sacco, & ieiunantes clamauerunt ad dominum in fortitudine.

3. Reg. 21 ¶ Porro vitam hominibus prolongant, tum largitas, sicut *Ionæ. 3.* per Salomonem dicitur: Qui odit auaritiam, longi fient dies eius, tum erga parentes honor & reuerentia dicente domino: Honora patrem tuum & matrem tuam, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Tum erga proximos pietas & misericordia, dicente rursum domino per Moysen: *Pro. 23.* Si ambulas per viam in arbore, vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis incubantem, non tenebis eam cum filiis, sed abire patieris captos tenens filios, & bene sit tibi, & longo viuas tempore. Sanè quò magis erga homines elementia mouerentur, ipsis etiam brutis animalibus (vt longa vita essent non indigni) hanc iubet impendere misericordiam. Sequitur: Et de manu regis Assyriorum eruam te, vt nouerimus deum precantibus non modò quæ salubriter postulant, sed etiam ea plerunque quæ non postulant elargiri.

FERIA SEXTA POST
diem Cinerum.

Hæc



MEc dicit dominus deus, Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.

In hac lectione quatur nobis consyderanda proponuntur. Primum est, indicta prophete libera peccantium reprehensio. Secundum est, superuacui & inutilis ieiunij reprobatio. Tertium est, Accepti deo ieiunij ostentio. Quartum, Accepti deo ieiunij fructificatio. Primum à principio lectionis. Secundum, ibi: Quare ieiunauimus. Tertium, ibi: Nonne hoc est magis. Quartum, ibi: Tunc erumpet quasi mane.

Circa primum. Primò, libera & districta peccantium increpatio prophete diuinitus inducitur. Secundò, vnde redarguendi sunt peccatores, aperitur. Circa primùm dicitur, Hec dicit dominus deus. Ergo timeant & audiant vniuersi, nec vereatur prædicare sacerdos, quod ipse loquutus est dominus. Leo rugiet (inquit Amos propheta) quis non timebit? Dominus deus loquutus est, quis non prophetabit? Sed quid dicat, aduerte. Clama, inquit, ne cesses. Verbum hoc prophetis primùm, deinde Apostolis, post ecclesie prædicatoribus & cuilibet eorum dirigitur, quasi dicat dominus: Licet aduersum te ferueat impiorum turba, quasi mare quod quiescere non potest, clama tamen, neque timeas à facie orũ. Non enim debet lucerna verbi dei sub modio humani timoris abscondi. Nam (vt beatus Grego. ait) preconis officium suscipit quisquis, ad sacerdotium accedit. Vt autem aduentum iudicis qui terribiliter sequitur, ipse clamando gradiatur. Ne cesses, inquit, à prædicationis clamore: sicut & Apostolus ad Timotheum scribens, ait: Prædica verbum, in qua oportunè, importunè.

Amos. 5.

Libere vti
tia arguenda.

Quid enim aliud quàm speculatoris officium est ministerium prædicatoris? Speculatoris autem in alto stantis atque vigilantis est, venientia de procul magna nunciare, sicut ad Ezechielem dominus ait: Fili hominis speculatore te dedi domui Israel. Audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium morte morieris, non annunciaueris ei, neque loquutus fueris vt auertatur à via sua impia & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.

1. Tim. 4.

Prædicator speculator.

Ezech. 3.

C iij Si autem

Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit cōuer-
sus ab impietate sua, & à via sua impia, ipse quidem in im-
pietate sua morietur, tu autem animam tuam liberaſti . Et
hæc quidem ad vnumquemque cœlestis verbi prædicato-
rem . Ad populum autem quid à domino dicatur aduerte:
Conſtitui, inquit, ſuper vos ſpeculatores & dixi : Audite vo-
cem tubæ . Et dixerunt : Non audiemus . Ideo audite gentes,
& cognoſcite congregatio, quanta ego faciam eis . Au-
di terra . Ecce ego adduco mala ſuper populum iſtum, fru-
ctum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt,
& legem meam proiecerunt . Qualiter autem ſe habeant
huius temporis auditores, ad verbi Dei prædicatores dictū
fuit ſuper ſuper epistolam Dominicæ . 23. poſt Pentecoſten

Vox tubæ

1. Theſ. 4.

Ioan. 5.

¶ Quasi tuba exalta vocem tuam . Vox tubæ ſtrenuos ad for-
titer agendum incitat, ignavos autem & deſides terrore diſ-
ſolvit, & in fugam cōvertit . Porro ſicut per tubam reſur-
gunt mortui in die nouiſſimo, ita & nunc per tubam prædi-
cationis reſpiſcunt, & reſurgunt præuaricatorum quidam
à peccato . Vndè qui in monumentis ſunt (inquit dominus)
audient vocem filij dei : & qui audierint, viuent .

¶ Circa ſecundum vbi prophetæ vndè ſunt arguendi pecca-
tores aperitur, ſubditur :

*Et annũcia populo meo ſcelera eorum . & domui Iacob
peccata eorum . Me etenim de die in diem quærunť, & ſci-
re vias meas volunt, quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, &
quæ iudicium dei ſui non dereliquerit . Rogant me iudi-
cia iuſtitia, & appropinquare deo volunt .*

¶ Vbi oſtendit peccatores reprehendendos eſſe de duobus
Primò, de manifeſta iniquitate . Secundò, de iuſtitia menda-
ci ſimulatione, ibi . Me etenim . Circa primum dicit : Annun-
cia populo meo, ſiue illis per hoc placeas, ſiue diſpliceas,
nec aſſentatores imiteris, qui per dulces ſermones & bene-
dictiones ſeducunt corda innocentium, à quibuſiubet Apo-
ſtolus declinare . Annuncia, inquit, populo meo ſcelera eo-
rum, vt & hæc cognoſcant, & ſuper iis in ſpiritu humilita-
tis, & in animo contrito luctum habentes, accepta remiſſi-
one deo reconcilientur .

¶ Sed vā malitiæ temporum noſtrorum, quibus quod Hie-
remias plangens ait, adimpletur . Prophetæ tui non ape-
riebant

*vr. edica-
tor vitet
aſſentatio-
nem .*

Roma. 6.

rieabant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Quod nimirum hominum peccata merentur, qui non nisi tales habere volunt prædicatores, quibus dicant: Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, declinate à me viam, auferre à me iustitiã, cesset à facie nostra sanctus Israel: sed quid sequatur aduerte: Disperdet, inquit, dominus ab Israel caput & caudam. Longeuus & honorabilis ipse est caput, & propheta docens in mendacium ipse est cauda. Et erunt qui beatificentur, præcipitati. Itaque annuncia, inquit, populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ. Scelerum vocabulo m̃iõra, peccatorum verò nomine, delicta minora accipiuntur. Clericorum seu sacerdotum sunt scelera, populus quippe dei ipsi sunt, & sanctuarij pondus præscriptio legis pondere publico grauius est.

¶ Secundo ostendit sermo propheticus arguendos esse peccatores de simulatione iustitiæ quum dicit: Me etenim de die in diem quærunt, hoc est, quærere se simulant, ad templum scripturas audituri pergunt, & dei verbo (vt videtur) intendunt. Et scire vias meas volunt, hoc est præcepta mea actiones meas, voluntatem meam. Hæc inquam scire volunt, non facere, de quibus ad Ezechielem dominus loquitur, dicens: Fili hominis filij populi tui qui loquuntur de te iuxta muros, & in ostiis domorum, dicunt vnus ad alterum vir ad proximum suum loquentes: Venite & audiam⁹ quis sit sermo egrediens à domino. Et veniunt ad te quasi ingreditur populus. Et audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiã sequitur cor illorum. Et es eis quasi carmen musicum quod suauiter dulcique sono canitur. Ait ergo: Scire vias meas volunt quasi gens quæ iustitiã fecerit, quasi dicat: Non ad suæ grauitatis correctionem, sed ad simulationem iustitiæ, quasi gens quæ iustitiã fecerit, ad te veniunt Dei verbum audituri. Et quæ iudicium Dei sui non dereliquerit. Iudicium est in discussione sui, de quò per Apostolum dicitur: Si nosmetipos diiudicemus, non vtiq̃ iudicemur. Iustitia verò executio iudicij, & delicti propriij in semetipso punitio est. Vtrumque necessarium est. Feci iudicium & iustitiã (ait Propheta) Non tradas me calumniaribus me: hoc est, Quum in memetipso peccata mea vltione condi-

*Thren. 2.
In prædicatores adulant.*

Esaiæ. 30

False iustitiæ simulatio.

Ezech. 33

I. Cor. II.

Iudicium & iustitia

gna

gna punierim, non puniat obsecro rursus (quasi adhuc iniquus) odientium me furore. Rogant me iudicia iustitiæ, ut eos iuste iudicem, quasi sint ipsi iusti. Non autem petunt iudicia misericordiæ, quasi se iustos, iniustum verò deum conuicturi. Et appropinquare deo volunt, hoc est, accedere volunt cum deo in iudicium, opera & quasi innocentiam suam defensuri.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Quare ieiunauimus & non aspexisti, humiliauimus animas nostras & nescisti? Ecce in diebus ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor vester.

¶ Hic ponitur inutilis ieiunij reprobatio. Vbi primò ponitur suam iactantium iustitiam superba aduersus deum querela. Secundò, ieiunij ipsorum reprobationis causa, ibi, Ecce in diebus. Circa primum ex eorum persona loquitur propheta, dicens: Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Vbi iniquæ & imperitæ iniustitiæ arguunt deum, quodd eorum bona opera non aspiciat. Non aspicere dicitur deus quæ non acceptat, nec remunerat, quasi eorum opera pro magnis esse debeant deo, & ea mox debeat remunerare. Quam obrem contra deum tumentes mox parati essent dicere hypocritæ murmurantes quod in Malachia propheta scriptum est: Vanus est qui seruit deo, & quod emolumentum quia seruauimus præcepta eius, & ambulauimus tristes? Sanè duobus modis se domino seruiisse iactant, vel potius improperantes deo obiciunt, scilicet in parcitate victus, quò dicunt: Quare ieiunauimus, & non aspexisti, & in asperitate vestitus dum dicunt: Humiliauimus animas nostras, & nescisti.

*Quæ ieiunia repro-
bantur.*

¶ Circa secundum, quod est ieiunij ipsorum reprobationis causa, mox subiunctum est: Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, quasi dicat: Ideo ieiunia vestra nõ probo, quia non mihi, sed vobis ieiunatis, hoc est, Non ad meam, sed ad vestram duntaxat ieiunatis voluntatem.

¶ Sũnt enim qui indicta ieiunia contemnentes ieiunia quædam sibi propria voluntate statuta ieiunant, non ad dei, sed

sed suam ipsorum voluntatem.

¶ Denique quidam auaritiæ, quidam gulæ, cæteri verò superbix & malitiæ suæ ieiunant. Luxui seu gulæ ieiunât, qui ex ieiunio maiorem post intendunt luxum, & gulæ voluptatem, quibus dicitur: In diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.

¶ Auaritiæ ieiunant, qui ne per luxum rem diminuunt impensis parcentes, suos suorumque ventres modio castigât iniquo, quibus dicitur: Et omnes debitores vestros repetitis. Verùm qui non habentem, inopi facit iniuriam, imò & violentiam, cui nimirum per legem dicitur: Si pignus à proximo tuo acceperis, vestimentum ante solis occasum reddes ei, ipsum enim solum est operimentum carnis suæ.

¶ Superbiæ suæ & malitiæ ieiunant, quibus dicitur: Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Quibus etiam per B Iacobum dicitur: Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sùnt in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. Et post pauca subdit: Vbi enim est zelus & contentio, ibi instantia & omne opus prauum. Et quod peius est quàm verbis contendere, etiam percutitis pugno impiè. Tale ieiunium indixit Iesabel sanctum Naboth falsis testibus oppressura.

¶ Tale etiam erat ieiunium Scribarum, & Phariseorum, & Pontificum interficientium Christum, qui non introierunt in prætorium Pilati vt contaminarentur, sed manducarēt Pascha. Sic nimirum quosdam ieiunare cōspicimus ad scelus & nephas, quales erât illi quadraginta Iudæi qui ieiunantes, dicebant: Deuotione deuouimus nos nihil gusturos, donec occidamus Paulum. Quosdam denique ob ieiuniorum molestiam vsque ad eò cerebroso & impatientes spectamus, vt vel ad minimam quatlibet occasionem etiam furere putentur. Quibus omnibus frustra ieiunantibus dicitur:

¶ Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelsis clamor vester. Clamor noster auditur, quando nos ante deum operum nostrorum peruersitas accusat, sicut scriptum est: Clamor Sodomorum multiplicatus est & peccatum eorum grauatum est nimis. Descendam, & videbo

Exod. 22.

Iacob. 3.

3. Reg. 21.

Ieiunium

prædicat

Iesabel.

Ioan. 18.

Act. 23.

Gen. 19.

debo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint. Frustra igitur ieiuniis atterimur, quandiu de nobis clamor auditur, vnde sequitur:

Nūquid tale ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam suam? Nunquid contorquere quasi circum caput suum & saccum & cinerem sternere? Nūquid istud vocavi ieiunium & diem acceptabilem domino.

¶ Deus enim non querit solam afflictionem nostram, nec capitis in modum circuli circumuolutionem, aut nunc huc nunc illuc inclinationem, nec vtilitatem cilicij & cineris, nec rursus vt quis sacco vestiatur.

¶ Circa terium principale dicitur:

Nōne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, Dimitte eos qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirūpe. Frange esuriēti panem tuum, & egenos vagosque in duo in domum tuam. Quum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.

Ieiunium deo acceptum. ¶ Hic ostenditur quale ieiunium deo sit acceptum, quia nimirum illud quod pietas vera commendat, quæ in duobus illis præceptis consistit, quæ nobis per prophetam commendantur, vbi ait: Declina à malo & fac bonum.

Colligationes impietatis. ¶ Circa primum hic dicitur: Hoc est ieiunium quod elegi, Dissolue colligationes impietatis, id est impietatem in te peccandi propositum. Societates proinde, & consilia ad facinus aliquod prauum perficiendum, colligationes impietatis rectè possunt intelligi. Fasciculi deprimentes, iniquitates vniuscuiusque sunt, quæ supergressæ caput eius, sicut onus graue grauata sunt, vsque adeo, vt quasi mola asinaria peccatricem animam demergant in profundum.

Fasciculi deprimentes. Possunt etiam horum fasciculorum deprimentium nomine angariæ iniquæ oppressiones intelligi, quibus humiles à potentioribus opprimuntur. Dimitte eos qui confracti sūt liberos, id est, eos qui in te peccauerunt, propter quod & proprio peccato confracti sunt: liberos, nec libera-

ti videntur nisi offensam donaueris. Illos proinde qui tibi debito sunt astricti, sed inopia, senio, morbo, vel alio quouis modo coufracti satisfacere debito non sufficiunt, hos dimitte propter Deum liberos, & debitum misericorditer relaxando, omne illorum onus sub quo procumbunt ante te disrumpe.

¶ Circa secundum dicit: Frange esurienti panem tuum. Quum dicit, frange, docet cautelam & discretionē in dante, & tollit excusationem indigentie. Frange, inquit, panē non de rapina alienum, sed tuum. Et egenos vagosque induc in domum tuam, id est, non modò notos, sed etiam peregrinos & exteros à quibus non speres in hac vita consequi pro impensis bonis remunerationem. Et carnem tuam ne despexeris, id est, proximum in necessitate cōstitutum, tui similem recognosce, exēplo illius qui ait: Si despexi pretereuntem eò quòd non haberet indumentum. Quum ergo videris inopem (inquit Chrysof.) & dixeris, iuuenis est & sanus, nihil agens vult cibari, hæc dicas ad te ipsum: quoniam sanus existēs pigritaris, & nihil agis eorum quæ iniunxit Deus. Sed tamen nunquam dixit tibi: Quia pigritaris, non accendam tibi solem: quia nihil facis, extinguam tibi lunam, constringam tibi ventrem, flumina tibi & fontes prohibebo.

¶ Circa quartum principale dicitur:

Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius oriatur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet, clamabis & dicet: Ecce adsum, quia misericors sum dominus Deus tuus.

¶ Hic describitur accepti Deo ieiunij, & in hac, & in futura vita fructificatio, hæc mixtim propheticus sermo profequitur, dicens, Tunc erumpet quasi mane lumen tuum: hoc est, post quàm ieiuniū tuum operibus pietatis ornaueris, tunc inquam erumpet quasi mane (scilicet post multam peccati noctem adlucentibus tibi radiis solis iustitiæ) lumen tuum. Et hæc est vna ieiunij vtilitas, quia videlicet intellectum illuminat.

¶ Alia proinde vtilitas est, quia videlicet reſtificat & sanat affectum, vnde sequitur: Et sanitas tua, scilicet à peccatis

elemosyna qualiter sit facienda.

1ob. 31. chrysof.

Nota.

ieiunij fructus quintuplex.

Mala. 4. tis & vitis quasi quibusdā lethalibus animę morbis, citiùs orietur. Quod innuens Propheta quum dixisset: Vobis timentibus nomen meum, orietur sol iustitię, mox secutus adiunxit: Et sanitas in pennis eius.

Philip. 2. ¶ Tertia utilitas hinc proueniens est famę bonę & gratię ante Deum & homines acquisitio, vndè subditur: Et ante ibit faciem tuam iustitia tua, hoc est, fama virtutis præcedet te, & lucebis aliis per exemplum quasi luminare in mundo, continens verbum Dei descriptū in operibus tuis.

Eccle. 17. Preparabit etiam tibi hæc tua pietas viam qua pertingas ad propitium vsque Deum, sicut per Salomonem dicitur:

Prov. 18. Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. Et vndè rursus per alium Sapiētem dicitur: Eleemosynaviri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit.

¶ Quartas utilitas est, quia meretur colligi à morte in vitam, de qua ait: Et gloria domini colliget te. Tū præsertim quum audies iudicē dicentē: Esuriui & dedistis mihi mādū care, & cætera quę sequuntur. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.

Matt. 25 ¶ Quinta utilitas est, quia in præsentem meretur orationis exauditionem quę notatur quum dicitur: Tunc invocabis, & dominus exaudiet. Siquidem beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam cōsequuntur. Bona enim est oratio (ait angelus domini) cum ieiunio & eleemosyna. Quomodo enim fieri posset, vt non illi adesset dominus, qui domino in paupere sedulo studet adesse? Quia, inquit, ego misericors sum, ideo libenter exaudio misericordes.

Matt. 5.
Tob. 12.

SABBATO POST diem Cinerum.

Esa. 58.



Senim domini locutum est.

¶ In hac lectione describitur fructus verę conversionis ad Deum, qui partim in præsentivita, partim in futura percipitur. Quadruplicè autè describit cōversionis in præsentivita futurū. Primus est intellectus illuminatio. Secundus est recōciliatę Deo mētis pacificatio. Tertius est iugis in opere Dei

EXER.

exercitatio. Quartus est in opere & sermone proximi ædificatio. Primus à principio lectionis. Secundus, ibi: Et requiem dabit tibi dominus. Tertius, ibi: Et eris quasi hortus irriguus. Quartus, ibi: Et ædificabuntur in te deserta secularum. Circa primum duo præmittit quæ ad veram conuersionem sunt necessaria. Primum est, vt cesses à malo. Secundum, vt facias bonum.

¶ Circa primum dicit:

Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum tuum extendere, & loqui quod non prodest.

¶ Catena hæc damnationis æternæ reatus est, qua vinctum peccatorem diabolus trahit ad inferos: hæc tot constat circulis seu nodis, quòd criminum peccator reus est. Vndè per Salomonem dicitur: Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur. In cuius rei typum, Nabuchodonosor rex Babylonis, Sedechiam regem Iuda comprehendit, deinde filios eius occidit coram eo, & post oculos eius effodit, ac tandem vinctum catenis adduxit in Babylonem, & in carcerem coniecit. Sedechias qui ob culpam perfidiæ & temeratum iuramentum comprehensus atque iudicatus est, peccatoris figuram gerit, qui præuaricata Christianissimæ professione, in operibus suis comprehensus Dei vindicis effugere iudicium non valet. Huius filij bona opera sua sunt per criminum malitiam mortificata. Cuius etiam intellectus, qui utique oculorum animæ vicem gerit, peccandi assiduitate cæcatur, sicut scriptum est: Excæcauit eos malitia eorum. Vinctum proinde catenis, id est, perplexitate & consuetudine peccatorum: diabolus rex Babylonis, id est confusionis, ad carcerem gehennæ pertrahit. Hanc ergo catenam de medio tui, id est, è corde & conscientia tua auferre contende, vt & Babylonis carcerem euadere, & ad Deum verè conuerti possis. Sequitur, & desieris digitum tuum extendere, hoc est voluntatè propriam diuinæ voluntati præferre, & operibus malis Deum prouocare. Et loqui quod non prodest: quasi dicat, Si cor tuum, linguam, & manum prohibueris à delicto.

¶ Circa secundum quod ad perfectionem conuersionis requiritur, quod est facere bonum, sequitur:

Quum

*peccata
catenam
faciunt.
rom. 5.
4. Re. vl.
Figura.*

Quum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflic-
tam repleueris.

¶ Quod utique spectat ad opera pietatis, quæ à quibusdam
solummodo voluntate, à quibusdam verò tam opere quàm
voluntate peraguntur. Effundis enim esurienti animam tuã
per viscerosam compassionem, animam verò afflictam re-
ples, per exhibitionem operis.

Affectu
sequitur
effectus.
Iacob. 2.

¶ Et bene post affectum subdit de effectu, ut non putes af-
fectum sufficere, ubi facultas suppetit ad effectum. Vnde
beatus Iacobus: Si frater, inquit, & soror nudi sint, & indi-
geant victu quotidiano, nõ dederitis autem eis quæ neces-
saria sunt corpori, quid proderit? His igitur ad veram con-
uersionem necessariis, prælibatis, sequitur de primo fructu
conuersionis.

Tunc orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tue
erunt sicut meridies.

Philip. 2.

Tenebræ
sicut me-
ridies.

Roma. 5.
2. Cor. 4.

¶ Hoc est, in nocte huius seculi. In medio nationis prauæ &
peruersæ, vita & doctrina sicut luminare à deo accësum &
illuminatũ lucebis. Et tenebræ tuæ, id est, peccata tua, erunt
sicut meridies, ut ubi abundauit delictũ, superabundet & gra-
tia. Deus enim qui de tenebris dixit lucem splendescere,
ex tenebris ignorantie tuæ lumen veræ cognitionis educet.
Denique tunc in meridianæ lucis fulgorem huiuscemodi
delictorum tenebræ conuertuntur, quando ex pristinis er-
roribus quispiam verè conuersus, tantò humilior, feruētior
in dilectione, & in opere constentior & circumspectior in-
uenitur, quo grauioribus antè criminibus fuerat irretitus.
Econuerso, malorum meridies tenebra, fit, quæ quò fuerat
clarior cognitionis lumine, tantò obscurior efficitur iniqui-
tate, quum videlicet in scientia scripturæ peritiores, mori-
bus & vita tenebrosiores esse conspiciuntur. Vnde per pro-
phetam dictum est: Occidet sol in meridie, & tenebre sce-
re faciam terrã in die luminis. Et rursus per Prophetam
alium dicitur: Occubet sol super Prophetas, & obtenebra-
bitur super eos dies. ¶ Circa secundum dicitur:

Meridies
in tene-
bris verti-
tur.

Mich. 3.

Et requiem dabit tibi dominus Deus tuus semper, &
implebit splendoribus animã tuã, & ossa tua liberabit.

¶ Hic ponitur secundus conuersionis fructus, qui est recõ-
ciliatæ Deo mentis pacificatio. Nimirum post acceptam

pe-
lit-
gu-
pro-
Ru-
tu-
mi-
& c-
sec-
Et-
ani-
att-
vid-
per-
dè-
spi-
spi-
lati-
per-
da-
cui-
¶ H-
est
hor-
hoc
uia
pre-
am-
gan-
uin-
per-
¶ H-
dat
dic-
fru-
eur-
Viu-

peccatorum remissionē, mox succedit requies & tranquillitas mentis. Sicut enim ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum: ita proculdubio, gloria, honor, & pax, omni operanti bonum. Rursus quomodo aqua assiduo pecorū transitu cœnosa & turbida, lymphida rursus efficitur si immota cōsistere permittatur: sic & hominis mens concupiscentiarum carnis, & ceterorum vitiorum incursione his exclusis, ad pacis & securitatis tranquillitatem reparatur. Vndē bene subiecit: Et implebis, inquit, splendoribus, id est, cōsolationibus animam tuam, etiam si corpus squaloribus pro Dei causa atteratur. Et ossa tua, id est, fortitudinem tuam liberabit, videlicet ab ariditate & dissolutione acediae & tædij, sicut per Esaiam dicitur: Ossa tua quasi herba germinabunt. Vndē & Salomon ait: Animus gaudēs ætatem floridam facit, spiritus tristis exciccatur ossa. Liberantur autem ossa, id est, spirituales animæ vires, quando pinguescunt. Vndē & trāslatio. 70. habet, Et ossa tua pinguescent, quod nimirum fit per pastum verbi Dei, sicut in Ezech. scriptum est: Ossa arida audite verbum domini.

Roma, 2.

Simile.

Esa. ult.

Prov. 17.

Ezech. 37.

¶ Circa tertium dicitur:

Et erit quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficiet aquæ.

¶ Hic non ponitur textus veræ conversionis fructus, qui est iugis in opere bono fructificatio. Et eris, inquit, quasi hortus irriguus. Multum sanè interest inter montes Gebœ, & hortum irriguum. Super illos enim, nec ros, nec pluvia descendit, sed alios in circuitu visitans dominus, istos præterit derelictos. Qui nimirum vanos & superbos seculi amatores significant. Alti sunt enim per superbiam & arrogantiam. Lapidosi, per cordis duritiam. Aridi, per gratiæ diuinæ carentiam: steriles, per accidiam, utpote ab omni opere bono vacantes.

2. Reg. 1.

¶ Hortus autem irriguus sterilis non est, sed fructum suum dat in tempore suo, semper ut flores habens, ut saltem radices viuas atque fecundas: vel germen, vel frondes, vel fructus, vel semina, ut in eo delectetur qui possidet & colit eum. Hortus enim vel flore, vel fructu, vel odore placet. Viua radix, fides sana, frondes vïrore delectabiles, verba

D rectæ

rectæ confessionis & sanctæ ædificationis sunt. Flos, volūtas bona. Opus bonum, fructus est. Odor autem hinc diffusus, bonæ opinionis est fama. Porro semen ipsum quod in futurum reponitur, futuri nimirū spes præmij est. Vndè

Matt. 5. ipse dominus ait: Merces vestra copiosa est in cælis. Et rursum *1. tim. 4.* Apostolus: Reposita est mihi, inquit, corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in die illa.

¶ Eris proinde sicut fons aquarum, cuius nō deficient aquæ nequaquā, vt cisterna dissipata quæ aquas continere nō valet, qualis est anima illa quæ spem suam in his rebus constituit quæ illi prodesse non possunt. Quomodo verò possent illius fontis aquæ deficere, quæ illi iugiter ex abyssō diuinæ bonitatis ministrantur? Aquæ profectō illius fideles sunt, de cuius ventre fluunt aquæ viuæ, doctrinæ videlicet, consolationis & consilij, non modò ad propriam, sed etiā ad irrigationem ceterorū, vt & ipse vocari iure possit fons hortorum, puteus aquarū viuientium quæ fluunt impetu de libano, id est, à celsitudine diuinæ bonitatis. Sed aduerte quòd hortus cibum, fons porum ministrat. Iustus enim qui & hortus hinc & fons appellatur, alios reficit fructu boni exempli, & potat eos poculo verbi Dei.

¶ Circa quartum dicitur:

Et ædificabuntur in te deserta seculorum, fundamenta generationis & geuerationis suscitabis. Et vocaberis ædificator sepium, auertens semitas iniquitatum.

¶ Hic ponitur quartus verè cōuersionis fructus, qui est tam in opere, quàm in sermone proximorū ædificatio. Et ædificabuntur, inquit, in te deserta seculorū. Fundamenta generationis & generationis suscitabis, hoc est, fundamenta Apostolorū & Prophetarum, id est, fidei & morū præcepta ab illis relicta quæ apud ignauos & viciosos quodammodo deserta iacent, & à multis retroacti tēporis annis quasi à seculis iacuerunt derelicta & neglecta, quia nec illorum præcepta, nec mores extulerunt, super illa vel sese vel alios ædificantes. Hæc, inquit, in te suscitabis, quia te & alios super fundamentum Apostolorum & Prophetarum in fide & moribus construēdo ædificabis. Suscitabis ergo quæ ad fidei & morum spectant integritatem, quæ à seculi amatoribus deserta, & quodāmodo abolita sunt. Hoc modo

per

per beatum Franciscum suscitata & renouata fuerunt ex-
 exempla vitæ Christi & Apostolorum eius. Sic nimirû & vs-
 que adhuc, virtutis amatores sanctorum patrum suorum
 exempla probis moribus suscitare noscuntur.

¶ Proinde patriarcharum longanimitatis & spei exempla
 suscitant in Deo rectè & perseveranter sperantes. Exem-
 pla charitatis Apostolorum suscitent feruenter Christiani
 & proximum amantes. Exempla prophetarum suscitant in
 lege domini meditantes. Exempla martyrum suscitant in
 tribulatione patientes. Exempla confessorum suscitant iu-
 sti & abstinentes. Exempla sanctarum Christi virginû sus-
 citant cœlibem vitam propter Deum sectâtes. Et quia per
 huiusmodi probitatis exempla, quasi fundamentorum sus-
 citationem, vitiiis libertas præcluditur: & ne liceat animæ
 peccatrici ea quæ malè amat prosequi, quasi sepes apponi-
 tur, iuxta quod per Osce Deus ait: Ecce ego sepiam viam
 tuam spinis, ideo sequitur: Et vocaberis edificator sepium,
 auertens semitas iniquitatum. Siquidem bonorum exem-
 pla atque præcepta, quasi sepes sunt, semitas iniquitatum
 (vias utique inconcessas) auertentes, & inordinatè vagan-
 tibus eas præcludentes. His sepiibus dissipatis animæ pos-
 sessio diripitur. Sed qui frangit sepe, mordebit eum co-
 luber. Ad hæc autem requiritur sabbatismus quidam spiri-
 tualis, vt ab operib⁹ peruersis (quæ maximè seruilia sunt)
 penitus absterneatur, non solum in opere, sed etiam in vo-
 luntate, ideo subdit:

*Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatē
 tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatū,
 & sanctum domini gloriosum, & glorificaueris eum,
 dum non facis vias tuas, & nō inuenitur voluntas tua,
 vt loquaris sermonem, tunc delectaberis super domino.*

¶ Hoc est, Si auerteris à violatione interioris pacis animæ
 tuæ cum Deo pedem tuum, id est, affectum & voluntatem
 tuam, vt non per illicita desyderia vageris, & vocaueris il-
 lud (hoc est, illam interioris hominis tui cum Deo pacem)
 sabbatum delicatum, ita quod nullam malitiæ aut peccati
 molestiam aut amaritudinem admittat, & aduerteris face-
 re, id est, vitaueris facere voluntatem tuam in die sancto
 meo: & hoc modo glorificaueris Deum, dum nō facis vias

D ij tuas,

*Sanctorū
 exempla
 qui susci-
 tant.*

Osce 24

Eccle. 38

Eccle. 10.

FERIA SECUNDA

tuas, & non inuenitur volūtas tua, vt loquaris sermonem Vbi vias hominis, cōcupiscentias ipsius appellat videlicet concupiscentiam carnalium voluptatum, diuitiarum, & huius seculi pomparum. Sequitur: Tunc delectaberis super domino, dignus vt in domino, & de domino per spem sanctam lateris, & hoc etiam in vita presentis. Porro quod ad fructum qui ex vera conuersione ad Deum in futuro promittitur, subdit dicens:

Et sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui, os enim domini loquutum est.
 ¶ Sustollam te, inquit, super altitudinem terræ, hoc est, de terrenis pressuris & malis sustollam te per spem & cōtemplationem super omne terrenū, in cœlestia & æterna: sicut Moysi morituro præcepit vt ascenderet in mōtem, promissam hæreditatem inde contemplaturus. Et cibabo te, videlicet post hanc mortalem vitam, hæreditate Iacob patris tui Iacob duodecim filiorum pater, à quibus Dei populus disseminatus est, Christum dominum apertè figurat, à quo populus electorū, & nomen & gratiam habet qui æternam possidebit hæreditatem, quam idem pater tuus Christus sponsus ecclesię matris tuę pro te certando cum principe tenebrarū sua morte quæsiuit. Et ne tibi super hoc subeat dubitatio, promissionem hanc os domini loquutum est.

Deut. 32.
 Iacob
 Christi ty
 pū gessit.
 Gene. 35.

FERIA SECUNDA

post Inuocauit.

Aec dicit dominus deus: Ecce ego ipsam requiram oues meas.



Ezech. 34

¶ In hac lectione promittit dominus circa oues suas, id est, fideles & electos suos setria facturū, quę in plenitudine tēporis homo factus, per semetipsum fideliter adimpleuit. Primò enim promittit se oues suas cōgregaturū. Secundò, promittit se eas curtaurum. Tertio, se illas pastu cōuenientissimo refecturum. Primū facit à principio lectionis. Secundū, ibi: Quos contra factum fuerat alligabo. Tertium, ibi: In riuis & in cõctis. Verūm vt hęc dicendorum ordo seruarietur, nō potuit ordo literarū seruari.

¶ Circ

¶ Circa primum aduerte, quòd sicut in euangelio Ioannis scriptum legimus, Iesus moriturus erat pro gente, & vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Vndè ipse ait: Qui non est mecum, contra me est: & qui nõ colligit mecum, dispergit. Et iterum, Et alias oues habeo, inquit, quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor: vndè & in præsentì lectione dicit:

Ioan. 11.

Luc. 11.

Ioan. 19.

Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. Sic visitabo oues meas & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam.

¶ Vbi promittit primum se oues suas requisiturum, quum dicit: Ecce ego ipse requiram oues meas. Nam vt per alium Prophetam ait: Grex perditus factus populus meus, pastores seduxerunt eos. Et rursum ad pastores: Lac comedebatis, inquit, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum nõ pascbatis. Quod iusurum factum nõ consolidatis, & quod egrotum non sanastis, quod contractum erat non alligastis, & quod abiectum non reduxistis, & quod perierat nõ quæstistis. Sed cum austeritate imperabit eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quòd non esset pastor, & factæ sunt in deuoracionem omnium bestiarum agri. Ideo, inquit, ego ipse requiram oues meas. Illud autem requiritur quod vel aberrauerat, vel perierat, quod tamen suo possessori preciosum est. Vndè Propheta: Erraui, inquit, sicut ouis quæ periit, quære seruum tuum. Ouium autem vocabulo, electorum hominum in peccatis errantium ignorantiam & insipientiam expressit. Has ergo, inquit, oues meas ipse requiram, eas ad me & ab erroribus suis reuocando.

Oues vt

requirit:

Iere. 50.

Ezec. 34.

¶ Secundo promittit se eas visitaturum, quum dicit: Et visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. Visitat autem eas, consolationem à tribulatione, & refrigerium ab afflictione tribuendo. Sic, inquit, visitabo oues meas. Consolando in miseria, dirigendo in via, corrigendo in virga, portando in

Oues suas

vt visitat

Iob. 10. patientia. Visitatio tua (inquit sanctus) custodiuit spiritum meum. Quod perierat per dei ignorantiam, vel per hæreti corū persuasionem fraudulentam, requiram, & quod abiectū fuerat à pastoribus per contemptū & quasi iam deploratū, ego ad viā salutis reducam. Et quod contractum erat per peccatorū assiduitatem, hoc alligabo per pœnitentiæ medicinā, ne per insolentiā rursus in peccata prolabatur.

Oues suas vt liberat ¶ Tertio promittit se eas liberaturum, quum dicit: Et liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis, id est, in tēpore idololatriæ & gentilitatis, vel si ad eos qui iam Christianismum professi sunt referre malueris, per diem nubis & caliginis, tempus illud accipere potes, quo in peccatis & obsecratione mentis perditæ viuitur.

Oues suas vt educit. ¶ Quarto promittit se oves suas educturū, dicens: Et educam eas de populis, in erroribus & peccato remanentibus & pereuntibus, quomodo per angelos è Sodoma peritura Loth educens liberavit. Et quidem hæc omnia ad ouium suarū congregationem pertinere noscuntur, de qua subdit:

Et cōgregabo eas de terris, & inducā eas in terrā suā

Ouium christi cōgregatio. ¶ Congregabo, inquit, eas de terris, hoc est, de rerum terrenarum laqueis & illecebris, quasi è vinculis & misera seruitute quam passi sunt in terra hostili. Et inducam eas in terram suam, vt quasi postliminio reuersi, fidei gratiam in presenti, & post regni gloriam, quasi suæ patriæ terram per expiter beatęque possideant. Congregat autem dominus ipse pastor bonus oves suas in vnā fidem, in vnā ecclesiam, in vnā gratiam, in vnā spem, in vnā fraternitatem, & tandem in vnā gloriam.

¶ Circa secundum dicit:

Quod contractum fuerat alligabo, & quod infirmum fuerat consolidabo.

Oves contractæ. Oves infirmæ. ¶ Hic promittit se oves suas curaturū. Fit autem curatio cōtractis & infirmis, De contractis dicit: Quod contractum fuerat alligabo. Oves cōtractę pusillanimes & desperates sunt, in quibus animæ fortitudo, id est, spes ipsa defecit. De infirmis verò dicit: Quod infirmum fuerat consolidabo. Oves infirmæ vitiorum morbo laborantes, inualidos & inconstantes in bono significant. Venit itaque dei filius, pastor

verus

verus, pastor benignus & bonus, vt afferat ouibus suis ægrois medelam. Alligauit quippe vulnera despoliati, & semiuuii relictæ, & impositum iumento (dum peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum) introduxit in ecclesiæ suæ stabulum, vbi fideles quasi animalia mansueta reficiuntur & curam illius egit, & agere non desinit. Medicus si quidem ipse est malè bahentibus oportunus.

Luc. 10.

1. Petr. 2.

Mat. 9.

¶ Circa tertium dicit:

Et pascam eas in montibus Israel, in riuis & in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberimis pascam eas. Ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguib⁹ pascentur super montes Israel.

¶ Hic promittit oues suas pastu conuenientissimo se refecturum. Vbi aduertendū est hanc refectiōem fieri partim in via, partim in patria. In via siquidem huius vitæ multipliciter reficit deus, & pascit oues suas. Primò in lachrymis cōpunctionis & affectionis piæ, quasi in riuis. Secundò in herbis virentibus, id est, in desyderiis piis sancto feruore & indefessa charitate, quasi virore perpetuo vernantibus.

¶ Tertio in pascuis vberimis euangelicæ legis & scripturæ diuinæ, & sanctorū ecclesiæ sacramentorū. Quæ utique vberima esse pascea rectè dicuntur. Nā sicut legislator dei filio maior aut melior esse null⁹ potest: sic nec melior lex aut sacramēta meliora, quàm ea quæ ipse dedit, esse vllatenus possunt. Quartò dū se dicit oues suas pasturū super montes Israel, refectiōem illā designat quā illis datur⁹ est in vita beata. Hęc est cœna illa de qua ipse in parabola loquens ait: Hō quidā fecit cœnā magnā & vocauit multos. Et misit seruū suū hora cœnæ dicere inuitatis vt venirēt, quia parata sūt oīa. Et vtiq; beat⁹ qui māducabit panē ī regno dei.

Pascea vberima.

Luca. 14.

ibidem.

FERIA TERTIA

post Inuocauit.

Isa. 55.



N diebus illis loquutus est Esaias dicens: Querite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.

¶ In hac lectione propheta primò ponit sanctam exhortationem. Secundò, huius exhortationis rationem Tertio eiusdem rationis per exemplum confirmationem.

Primum à principio lectionis. Secundum, ibi: Et reuertatur ad dominum, & miserebitur eius. Tertium, ibi: Et quo modo descendit imber & nix.

*Emere ab
sque vlla
commuta
tione.*

¶ Circa primum dicit: Quærite dominum dum inueniri potest, Præmiserat in principio capituli, dicens: Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum prope-
te, emite, & comedite. Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac: quasi dicat, quicumque per sancta desyderia salutem sititis, & si bonorum operum merita non habetis, gratis è fonte diuinæ pietatis salutem accipite, accipite inquam lac innocentie per iustificatio-
nem à peccato, & vinum lætitiæ spiritualis, propter spem vobis repositam in cælo. Et post pauca sequitur: Quærite dominum. Vbi primò nos monet dominum quærere. Secundo, dominum inuocare. Tertio, modum indicans quo quærendus est dominus, iubet impium viam suam derelinquere. Secundum, ibi: Inuocate eum. Tertium, ibi: Derelinquat impius.

*Qualiter
quæras.*

¶ Circa primum dicit: Quærite dominum, id est, legem & mandata eius, beneplacitum eius, gratiam & misericordiam eius. Quærite inquam dominum, quomodo aquas ille quærit in cuius domo grassatur incendium, vt illud extinguat. Nā vt Micheas ait, adhuc ignis in domo impij, quem incendiaris fraudulētus, hostis antiquus, suggestione sua quasi flatu excitat in flammis. Scriptum nanque est de eo: Alitus eius prunas ardere facit. Itaque (vt ait Amos propheta) quærite dominum, & viuite, ne fortè conburatur vt ignis domus Ioseph, id est, conscientia cuiuslibet per virtutem au-
gescere cupientis.

Mich. 5.

Iob. 40.

Amos. 6

Simile

Thren. 1.

Ioan. 6.

¶ Rursus, quærite dominum, quemadmodum ille panem quærit, quem vrget fames, vnde scriptum est: Omnis populus eius gemens & quærens panem. Ipse enim est panis viuus qui de cælo descendit, qui nisi cor hominis viatoris cõfirmet, vtique deficiet in via, qua illic adhuc multa superest sicut per angelum ad Heliam dicitur: Surge, comede, grandis enim tibi restat via.

3. Reg. 19.

simile.

1. Para. 15

¶ Denique quærite dominum, quemadmodum ille vitam quærit, qui propinqua morte terretur. Vnde scriptum est: Si quis non quæserit dominum deum Israel moriatur à maximo vsque ad minimum, à viro vsque ad mulierem. Si is
qui

qui reclusus in carcere ad mortem seruat, per fenestram licet arctam si quo modo potest, se vitamque suam saluare contēdit, quidni respiciant peccatores a diaboli laqueis à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem, & quarant dominum qui est omnium se quarentium salus & vita?

¶ Sed quærite dominum, inquit, dum inueniri potest: habetis enim iam legem, & prophetas qui vos, si doceri vultis, doceant qualiter hunc possitis inuenire. Ipse enim ad quosdam ait: Quæretis me, & non inuenietis. Iurauit angelus (in Apocalip.) per viuentem in secula seculorum, quia tempus amplius non erit, scilicet aptum ad quærendum & inueniendum dominum. Non enim post iudicium patet precum aut meritorum locus.

¶ Secundò nos monet dominum inuocare, dicens: Inuocare eum dum prope est. Modò nobis prope, imò proximus est. Quis enim videtur tibi fuisse proximus illi qui incidit in latrones? Nonne is qui fecit misericordiam cum illo? Hic est ille benignus Samaritanus qui super nos despoliatus & vulneratus, & semiuuos relictos misericordia motus, per nostræ carnis susceptionem eadem qua & nos via mortalis vitæ ambulans, mira dignatione nobis appropians alligauit vulnera nostra, infundens miserationis oleum & vinum cōsolationis. Denique prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Quoniam verò per peccatū homo se à deo elongat, deferens patrem, & abiens in regionem longinquam: ideo ut tibi deus prope sit, audi quid facias, audi modum quo dominum quæras quod est tertium. Sequitur enim:

Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas.

¶ Quia præmiserat inuocandum esse dominum in auxilium dum prope est, id est, paratus misereri, peccator autem in malitia perseverans exaudiri non meretur, iuxta quod hic idem propheta ex persona domini loquens ait: Quum extēderitis manus vestras, auertā oculos meos à vobis: & quum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenz sunt. Ideo ut efficax sit oratio, derelinquat impius viam suam, id est, opera sua mala, quæ sunt via ad perditionem. Et quia non sufficit opera mala relinquere

2. Tim. 1.

Quando
quæras.

10an. 7.

Apo. 10.

Inuocare
dum prope
est.

Luc. 10.

Ut effica
citer ores

Esai. 1.

Cogitationes nutritiendae. quere, superstitie mala voluntate: ideo & hanc nos docens corrigere subdit: Et vir iniquus cogitationes suas. Vbi est aduertendum quorundam cogitationes esse sanctas & virtuosas, eorum scilicet, qui proposuerunt deum ante conspectum suum, de quibus dictum est: Cogitatio eorum apud altissimum. Huiusmodi cogitationes derelinquendae non sunt, sed nutritiendae per verbum dei & studiosè conseruandae.

Cogitationes abiiciendae. ¶ Porro cogitationes, quas derelinquere iubemur multiplices sunt. Quaedam enim sunt cogitationes otiosae. Quaedam sunt immundae & luxuriosae, de quibus scriptum est: Quid ne quisquam quod excogitauit caro & sanguis? Quaedam sunt fraudulentae & dolosae, vt decipiant pauperem & inopem. Vnde per Psal. dicitur: Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quaedam sunt cogitationes malitiosae, quales sunt quas vel inuidia suggerit, vel furens ira ministrat. Quaedam sunt cogitationes diffidentiae seu perfidiae, videlicet in fide dubitantium, vel deficientium à spe. Denique quaedam sunt cogitationes blasphemiae in deum, vel in sanctos de quibus omnibus per Psalmist. Dominus queritur dicens: Usquequo morabitur in te cogitationes noxae? Moram accusat, non earum sensum: nam sola mora in culpa est. Non enim in potestate nostra est cogitationes malas non sentire, consentire verò illis vel dissentire liberè voluntatis nostrae est, Quae admodum (verbi gratia) efficere quidem potes, ne aues super domum tuam nidum comportent, ne autem prateruolent, vel ad horam illic resideant, efficere non potes.

Iere. 4.

Simile.

¶ Circa secundum dicitur:

Et reuertatur ad dominum & miserebitur eius, & ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meae, cogitationes vestrae: neque viae meae, viae vestrae, dicit dominus. Quia sicut exaltantur caeli à terra, sic exaltatae viae meae à viis vestris, & cogitationes meae à cogitationibus vestris.

¶ Hic ponit dictae exhortationis rationem. Ideo enim nunc querere debet peccator, & inuocare dominum, & à peccatis cessare, & reuerti ad ipsum, quia ipse miserebitur, peccata dimittendo. Et hoc confirmat, quum subiungit: Non enim cogitationes meae, cogitationes vestrae, Dominus enim

enim pronus est ad cōdonandū, homo autem ad vlciscendū. Vndè ipse per Ieremiam loquitur dicens: Ego cogito ^{Iere. 29.} cogitationes pacis, & non afflictionis. Neque viæ meæ, viæ ^{Via do-} vestræ dicit dominus. Quales sint viæ vestræ, superius dictum est. Porro de viis domini dicit propheta: Vniuersæ viæ ^{uini qua-} domini misericordia & veritas. Et alibi: Viæ eius viæ pul- ^{les.} chræ, & omnes semitæ illius pacificæ. Sed peccatorum viæ ^{Pro. 3.} tenebræ & lubricum, crudelitas, sæuitia, dolus, insidiæ, fraudes. Sequitur. Quoniam sicut exaltantur cœli à terra sic exaltatæ sunt cogitationes meæ à cogitationibus vestris, & viæ meæ à viis vestris: hoc est, quantum distat cœlum à terra, tantum interest, imò amplius in immensum, inter cogitationes dei & cogitationes hominum, etiam si forsan hæ bonæ sint. Et hæc quidem de se dominus affirmare dignatur, ne multorum sibi criminum conscius homo modicę fidei desperet.

¶ Circa tertium dicit:

Et quomodo descendit imber & nix de cælo, & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

¶ Hic ponit per exemplum seu similitudinem, prædictę rationis confirmationem. Quomodo, inquit, imber & nix desuper in terram cadens hanc inebriat, infundit & germinare facit: sic etiam pollicitatio mea qua pœnitentibus pro- ^{Verbum} mitto veniam sortietur effectum. Et quia dicit verbum su- ^{dei quid} um ad modum imbrum, & niuis humanam irrigare, & feceretur. ^{peretur.} cundare mentem, aduertendum est, quòd verbum Dei animam fidelem inebriat per gratiam, vt temporalium vanitatum obliuiscatur. Infundit insuper eam scientia & dulcedine diuinæ consolationis. Et germinare eam facit, voluntate bona, & bonorum initiis operū. Et dat semen prædicationis ferenti, id est, prædicanti. Et panem, id est, fidei & operum nutrimentum comedenti, quo ipse pascatur. ^{Christus}

¶ Possunt autem hæc, & de æterno & patri consubstantiali ^{vt imber} verbo dei (quod est ipse dei filius) dicta intelligi, qui & ipse ^{venit in} ad modum cœlestis irrigui in mundum à patre missus, ^{mundum.} sterilem

FERIA QVARTA

sterilem prius terram (id est, homines terrenos) & à bonorum fructibus operum sterilem, cœlestis doctrinæ verbis irrigauit, & donis suæ gratiæ infusos, in sanctitate & iustitia fecit germinare. Nec reuersus est ad patrem vacuus, sed *us reddidit.* principis huius mûdi victor, reconciliata per mortem suâ deo natura generis humani, opimis spoliis victor in altum conscendens, captiuam secum duxit captiuitatem. Fecit proinde quæcûque voluit pater, sicut ipse ait: Qui me misit mecum est, & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei facio semper. Et iterum: Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et prosperabitur, inquit, in his ad quæ misi illud, sicut prædixerat Esa. Si posuerit, inquit, pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur.

Dei filius non vacuus reddidit.
Ephes. 4.
Ioan. 8.
Ioan. 6.
Esa. 53.

FERIA QVARTA POST
 Inuocauit.

3. Reg. 19.



Vrge, comede, grandis enim restat via.

In hac lectione describitur. Primò, à facie Iesabelis Helias in desertum secessio. Secundo, in desertum secedētis obdormitio. Tertio, dormientis repetita per angelum visitatio. Primum, à principio lectionis. Secundum ibi. Proiecitque se, & obdormiuit. Tertium, ibi: Et ecce angelus domni.

¶ Circa primum dicitur

Venit Helias in Bersabeæ Iuda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum viam vnus diei.

3. Reg. 18.
Heliam Iesabel terruit.

¶ Quum enim interfecisset prophetas Baal, & sacerdotes Lucorum qui nutriebantur de mensa Iesabellis, & illa rescisset omnia quæ fecerat, misit nuncium ad eum dicens: Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam vnus ex illis. Timuit ergo Helias, & surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas, venitque in Bersabeæ Iuda. Fugit à facie mulieris, qui regem non timens (tamen sacrilegus esset & impius) huc liberius increpauerat. Sequitur:

Quumque

Quamque venisset, & sederet subter vnam iuniperū, petiuit animę suę vt moreretur, vitam perosus tot malis obnoxiam. Et ait, sufficit mihi domine, scilicet haecenus vixisse. Neq; enim melior sum quam patres mei, qui mortui sunt. Tolle quæso animam meam.

¶ Vbi moraliter per Iesabelem, quæ Dei prophetas persecuens, occidebat carnis cōcupiscentiam accipimus. Interpretatur enim Iesabel, fluxus sterquilini. Hęc melioris vitę propositum & meditationes ac desyderia sancta (quasi Dei prophetas ad nos missos, extinguit, & voluptatibus necat. Hanc fugiat Helias, id est, fidelis quisque virtutis ac diuini honoris amator, relictoque huius seculi sectatorum contubernio, fugiens eius quę in mundo est cōcupiscentię corruptionē, interiores curas, quasi desertū quoddā ingrediatur, proiciatque se meditatione sancta subter lignum crucis, quod bene per arborē iuniperū designatur. Siquidē spinosa iuniperus & aspera est, fructum ferēs medicatum cuius etiam folia multo tempore ignem seruare dicūtur.

¶ Porrò Christi cruce quid penalitate acerbius? quid asperius? quid horridius? Rursus, quid illo fructu quem arbor ista portauit, id est, Christo passo & crucifixo agris consciētis salubre magis ac medicatius? Ipse enim (vt ait propheta,) Vulneratus est propter peccata nostra, attritus est propter scelera nostra, cuius liuore sanati sumus. Denique quid efficacius seruando in cordibus credentium diuinę charitatis igne, quàm Dei & domini nostri propter nos crucifixi, vel verba quæ loquutus est, vel ea quæ pro nobis in carne gessit opera? Fugiamus itaque hęc Iesabelem, vt ad crucis fructum pertingere possimus. Non enim potest cōuenientius carnis concupiscentia superari, quàm per fugam. Cæteris vitiis resistendum est, & quasi cōserta manu repugnandū. Fornicationem verò docet Paulus fugiendam: Fugite, inquit, fornicationem. Dimisit Helias puerum suum, & nos insipientiam (quæ quasi quædam mala pueritia est) & cogitationes pueriles & leues derelinquamus, sicut fecit Apostolus, qui de semetipso loquens ait: Quum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui quę erant paruuli. Pergat ergo fidelis Christi seruus, qui cōcupiscentiarum carnalium imperio subesse dedignatur,

*Iesabel
moraliter*

1. Petr. 1.

*Iuniperus
cruce christi
est.*

Esa. 53.

1. Cor. 6.

1. Cor. 13.

FERIA QVARTA

dignatur, in desertum, fugiat huius seculi tumultus, & (vt
suprà dictum est) sanctam animi solitudinem requirat.

¶ Circa secundum dicitur:

Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi.

*Somnus
salubris.*

¶ Hic ponitur Helix in desertum secedentis obdormitio.
Proiecit sese Propheta in terram, viram hanc perosus (vt
dictum est) proiecit se à se in deum, vitam mortemque suã
illius arbitrio derelinquens. Sic nimirum & fidelis anima
carnis voluptates & seculi huius fugiens illecebras, cruci
domini sui substrata, & illic tota spe sua quasi anchora fir-
miter hærens, obdormiat securo, domum patris sui, id est,
seculũ hoc, & populũ suum, id est consortia hominũ mun-
danorum crucifixi domini amore, obliuioni tradens. Petat
proinde sibi mortẽ desyderabilem, & vitæ carnali prorsus
anteferendam, qua vitiis moriatur. De qua morte per Apo-
stolum quibusdam dicitur: Mortui enim estis, & vita vestra
abscondita est cum Christo in Deo. Et vndè rursus ait: Exi-
stimate vos mortuos esse peccato, viuentes autem Deo.

*Stors spi-
ritualis
op: anda.
coloss. 3.
Roma. 6.*

¶ Circa tertium dicitur:

*Et ecce angelus domini tetigit eum, dixitque illi: Sur-
ge, comede. Et respexit. Et ecce ad caput suum subcineri-
cius panis, & vas aquæ. Comedit ergo & bibit, & rur-
sum obdormiuit.*

¶ Hic ponitur Helix dormientis per angelum visitatio. Por-
rò litera plana est. Quod autem hinc ad intellectum mo-
ralem attinet, consideremus. Et ecce, inquit, angelus do-
mini, id est, iustinctus diuinus, & gratia cœlestis immissa
pulsat torpentem, monens vt surgat à torpore mentis, &
in ea quæ priora sunt extendēs sese, de virtute in virtutem
progrediatur. Surge, comede, inquit. Quo nimirum datur
intelligi eos qui in vmbra crucis obdormiunt (vt dictum
est) ab angelis sanctis visitari, monerique quatenus pœni-
tentia crucem assumentes sese crucifixo conforment, quæ
pœnitentia rectè per panem subcinericiũ & aquam signi-
ficatur. Cinerem, inquit, tanquam panem manducabam, &
porum meum cum fletu miscebam. Siquidẽ subcinericius
panis, memoria mortis est, in qua semetipsum cognoscens
homo à superbia liberatur, & cõtra dissolutionem acediae
non medioeriter refectus, ad bene operandum corroborat.

tur. Incurit enim recordatio mortis timorem, timor sollicitum reddit, sollicitudo autem depellit torporem, sicut ait Apostolus: Sollicitudine non pigri.

¶ Porro vas aque, vel compuncti cordis lachrymas, vel sapientie salutaris aquam, id est, doctrinam salutis, vel propositam gratiam Dei potes accipere. Sequitur: Comedit & bibit, & rursus obdormiuit. Sic plerique peccatorum suorum cum amaritudine cordis recordantur, & intuentur cum spe venie gratiam & misericordiam Dei, qui tamen post in peccata pristina, vel in torpore acedere relabuntur. Sed angelus magni consilij rursus suscitatur dormientes. Ait enim: Ego sto ad ostium, & pulso. Sequitur:

Reuersusque est angelus domini secundo, & tetigit eum dixitque illi: Surge, comede, grandis enim tibi restat via. Qui quum surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Oreb.

¶ Iterata reuersio monentis Angeli, quid aliud significat quam celestis alloquutionis instinctum ad vltiorem profectum spiritualem semper adhortantem? Grandis enim inquit, tibi restat via, a terra videlicet ad caelum quae & eod tibi maior est, quod pluribus peccatis plures retrorsum dietas abieris. Quum ergo tam multa commiseris scelera, ut ab hac denuo redeas retrocessione, grandis profectio tibi restat via, aded ut huic viae perficienda vix sufficiant dies seculi. Quid igitur in hac temporis breuitate, & sub tanti operis instantia dormitas? Quin (sicut ad Ionam in periculo naufragij, dormitatem dictum fuit) surge, & inuoca deum tuum. Insensatus enim esse videtur quisquis, vel in agone supremo decertans, vel in summo periculo constitutus, vel sub opere omnium maximo dormitat ignauus. Sanè nemo torpens aut somniculosus regnum Dei (quod violenti rapiunt) assequitur.

¶ Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, nullum profus sub his diebus cibum sumens. Quo profectio, nobis quadragesimalis obseruantia ieiunij commendatur, ut qui ad mortem celestis & æterni regni visuri Deum peruenire cupimus, poenitentiam agentes & ieiunantes, illuc indefesso conamine proficiscamur.

¶ Exem

Roma. 12
vasaque
myst.

Apoca. 3.

Ionae. 2.

Helie
quadra-
gesima.

FERIA QUINTA

Moyſi
quadra-
geſima.

Dieb^o &
noctibus
ambulare
quid.

oreb my
ſice.

Luc. 22.

¶ Exemplum proinde Moyſi quadrageſimam ſimiliter in monte ieiunatis, vt Dei legem mereretur accipere in alia (quæ etiam Euangelio prælegitur) lectione nobis hodie ſimili ratione proponitur, vt per hoc aduertamus lucernâ cœleſtis verbi in hac noſtra peregrinatione & huius ſeculi nocte, nequaquam nos niſi ieiunando promereri: Quod autem Helias, non modò diebus quadraginta, ſed etiam quadraginta noctibus ambulaffe perhibetur, illud nobis ſignificat quatenus toto mortali vitæ huius tēpore (quod & in aduerſis & in proſperis rebus, quaſi noctibus & dieb^o peragitur) ad cœleſtem (quò vocati ſumus) gloriã in deſſo animi ſtudio contendamus.

¶ Ambulavit, inquit, vſque ad montem Dei Oreb, id eſt, vſque ad æternæ atque beatificæ reſectionis mēſam, ſuper quam electi in regno patris ſui epulantur. Oreb enim mēſa interpretatur. De qua menſa dominus noſter loquutus eſt ad diſcipulos ſuos, dicens: Vos eſtis qui permãſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. O verè fœlices ac ter quaterque, imò ineffabiliter beati, qui cum angelis & Apoſtoliſ, cum Abraham, Iſaac, & Iacob, cum populo pacis & ſine querela, recumbent in regno Dei. Sed nihilominus & illos ſpe beatos iure dixerimus, qui fide fortes & ſtabiles perfeuerantia, aſſiduo virtutum ſtudio illuc proficiſci contendunt, eos præſertim, qui per huius quadragenarij obſervationem ieiunij, vt in Dominicę reſurrectionis ſolemnitate ſacroſancta domini menſa ſint non indigni, ſe totis viribus ſtudent præparare.

FERIA QUINTA

poſt Inuocauit.

Ecce omnes animæ meæ ſunt.

Ezec. 18.



meæ meæ ſunt.

¶ In hac lectione dominus per prophetam loquens duo facit. Primò, falſam de ſuis iudicijs Iudæorū calumniam reprobat. Secūddò, omnium ſe eſſe iudicem iuſtum cõfirmat. Primum à principio lectionis. Secundum, ibi: Ecce omnes ani-

¶ Circa

¶ Circa primum dicit Propheta:

Factus est sermo domini ad me, dicens: Quid est quòd inter vos parabolam vertitis in prouerbiū istud in terra Israel, dicentes. Patres nostri comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? Viuo ego dicit dominus Deus, si erit vobis vltra parabola hæc in prouerbiū in Israel.

¶ Vbi notandum est q̄ Ezechiel Iudæis à terra sua in Babylonem trās migratis prophetauit, quorū patres grauissimis peccatis captiuitatē illam meruerāt. Et quum essent isti patribus suis in peccato fermē per omnia similes, se iustos & iniustū Deum, qui eos in captiuitate detineri sineret causabantur, hoc vtentes prouerbio: Patres nostri comederunt vnam acerbam, & dentes filiorū obstupescūt. Parabola est, & aliud significat, quàm sonat. Per hoc enim innuere volebant se propter parentū suorū peccata iniquē puniri à deo deum ipsum accusantes, qui innocuos propter aliorum delicta percuteret. Sed mēta est iniquitas sibi, quia non est ita. Scriptū est enim: Sicut vna acerba dentibus & fumus oculis, sic iniquitas his qui vtuntur ea. quasi dicat: Illis nocet sua iniquitas qui operātur illam, & non aliis.

¶ Sed quæstio suboritur. Nam quum in Exodo scriptum sit, quòd Deus est reddens iniquitatem patrum in filios, & super filios filiorū vsque ad tertiā & quartam generationem. Et rursus: Ego, inquit, sum dominus Deus tuus emulor, qui reddo peccata patrum super filios, vsque ad tertiam & quartam generationem his qui oderunt me, & facio misericordiā in millia, his qui diligunt me. Et in Genesi scriptū legimus, quod Cham filio Noe in patrē suum peccante, nō ipse, sed filius eius Chanaan maledictione seruitutis ob patris culpam punitus est. Ex quibus videtur filios nonnūquam portare iniquitatem suorū patrum.

¶ Sed filios puniri ob peccata parentū duobus modis potest accidere. Vno, dum filij sunt paternorum scelerum vel imitatores, vel approbatores, vel certē retentores & possessores earum rerum, quas per rapinam, furtū, fraudem, vsurā, vel alio quouis modo cōtra iustitiā patres acquisierunt. Et in hoc casu non modò patres eorū, sed etiā ipsi suo proprio peccato paterna scelera confirmantes vñ acerbā

*Médaces
aduersus
Deum.*

Prou. 10.

*Quæstio
Exod. 34*

Exod. 20

Gen. 9.

Solutio.

E mandu-

FERIA QUINTA

manducant, digni profectò quorum obstupescant dentes.

¶ Alio modo contingere potest, q̄ filij à paternis delictis immunes, nihilominus tamē propter hæc puniantur. Et de hoc quæstio mota est, cui per distinctionē est respondendū. Nam infantes filios pro sceleribus parentū à Deo puniri tribus modis potest intelligi. Vno modo q̄ puniantur corporaliter & temporaliter tantū, & sic nonnunquam filij puniuntur pro parētibus, quomodo Sodomitarū paruuli propter parentū peccata corporaliter perierūt, & filius Dauid quem peperit ei ex adulterio Bersabeæ, diuino decreto in pœnam paterni delicti mortuus est. Siquidē hoc modo puniuntur patres in filiis, quasi in re sua, & vt in præcipuis atque charissimis bonis suis. Sic Chanaan filius Cham punitus est ob patris delictū corporali duntaxat seruitute & temporaliter. Sic etiam visitat Deus parentum peccata in filios vsque ad tertiam & quartā generationem. Sicut enim Deus cōcessit Patriarchis sanctis, vt videntes filios filiorum suorū in tertiam & quartam generationem fœliciter & prosperè agētes, magno Dei munere in filiis latarētur: sic etiam in hoc punit impios, vt in suis quos tabescentes perire conspiciunt filiis, ipsi acerbo luctu truciuntur.

¶ Secundò potest intelligi pro paternis delictis innoxios filios puniri spiritualiter, vt propter peccata parentū, denegat Deus eorum filiis gratiam suam, aut eos deserat. Et sic filius nequaquam portat iniquitatē patris, nec hoc modo obstupescunt filiorum dentes, quia patres eorum vnam acerbam comederunt.

¶ Tertio modo intelligi potest puniri à Deo filios propter patres æternaliter. Nec hoc modo portabit innocuus filius iniquitatē patris. Porro si fuerit filius paternorum scelerū imitator vel approbator (vt dictū est) mirū nō est si à Deo puniatur. Peccata nempe patrū suorum per imitationem & malitiam effecit sua. Et sic iustè puniti captiuitate fuerunt isti, qui totā calamitatis suæ causam patribus suis tribuentes, quum & ipsi prauis essent, se iustos (vt dictū est) iniquū verò Deū causabantur memorato iactitantes prouerbio: Patres nostri comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Quorū falsam in Deum & sacrilegam calumniam ipse confutans, probat in cōsequentibus se omnium authorem, & irreprehensibilis iustitiæ iudicem esse:

¶ Circa

Gene. 19.

1. Reg. 12.

Filij vt
parētum
peccata
nō portāt

ma
¶ E
re
m
eri
me
tur
acc
in
vua
in
fili
mo
libe
den
sua
ber
que
rati
ber
S
in m
ad i
laue
hom
deri
deri
com
auer
rum
dici
vita
¶ Hi
men
exec

¶ Circa secundum dicit:

Et omnes animæ meæ sunt. Ut anima patris, ita & anima filii meæ est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

¶ Ecce, inquit, omnes animæ meæ sunt. Et hæc est causa quare non punio unum pro alterius peccato. Ex quo, inquit, omnes animæ meæ sunt, quare hunc pro illo punirem. Non erit ita, imò anima quæ peccauerit, ipsa morietur, hoc est à me, qui vita sum, separabitur. Vndè & per Ieremiam dicitur: In diebus illis non dicent ultra: Patres comederunt vñã acerbam & dentes filiorum obstupuerunt, sed vnusquisque in iniquitate sua morietur. Omnis homo qui comederit vnam acerbam, obstupescant dentes eius. Et vndè rursus in Deuteronomio scriptum est, Non occidetur pater pro filiis, nec filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur. Sequitur: Et si vir fuerit iustus, subaudi, seipsum liberabit, non autem filium aut filiam. Vndè per hunc eundem Prophetam dominus ait: Noc, Daniel, & Iob iustitia sua saluabunt animas suas, filium autem aut filiam non liberabunt. Nec rursus filius malus patri iusto nocebit, neque filius bonus poterit impium liberare patrem. Itaque ratione parabolam prædictam cõfutans, ostendit eam debere cessare, dicens:

Si vir fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam in montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & uxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit, & hominem non contristauerit, pignus debitori suo reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento, ad vsuram non commodauerit, & ampliùs non acceperit, ab iniquitate auerterit manum suam, iudicium verum fecerit inter virum & virum, & in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit vt faciat vcritatem, hic iustus est, vita viuet, & non morietur.

¶ Hic multa ponuntur requisita ad iustitiæ iusti complementum. Si fecerit, inquit, iudiciũ disculsionis, & iustitiam executionis aduersus semetipsum, iuxta quod ait Aposto-

pro peccato suo quæ que puni-ri.

Ierem. 31

Deut. 24

Ezec. 24

1. cor. 11

- Luc. 18.** Ius: Si nosmetipsos diiudicemus, nō utique iudicaremur. In montibus non comederit, id est, de bonis operibus suis se nō extulerit, sicut ille qui ait: Gratias tibi ago deus, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, avari, adulteri. Ie iuno bis in sabbato, decimas do omniū quę possideo. Proinde in montibus & hi quodammodo comedunt, qui Ecclesiasticis dignitatibus adeptis pomposē pariter & deliciasē viuunt.
- Ambiētes dignitates.** ¶ Et oculos suos non leuauerit, ad idola domus Israel, sicut illi faciunt, qui nondum habitas ambiunt dignitates, auida suspensi mente, non secus ac famelici canes oculos habēt ad mensam dominorum vigiles vt aliquid accipiant. Vel forsā idola vocat p̄latos, sicut per prophetam dicitur:
- Zach. 11.** O pastor & idolum derelinquens gregem, ad quos isti respiciunt eorum mortem cum desyderio expectantes, vt in eorum loca succedant.
- Pign^o cui reddēdū.** ¶ Et vxorē proximi sui non violauerit crimine adulterij. Et hominē non cōristauerit, sp̄ote videlicet siue per derisiones, vel alio quouis modo. Pignus debitori reddiderit, non omni, sed ei cuius indubitata paupertas est: quum enim nostra debeamus tali tribuere, multō magis debemus suum reddere, vndē in Deute. scriptū est: Si pauper est, nō pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum, vt dormiēs in vestimēto suo benedicat tibi, & habeas iustitiā coram domino Deo tuo. Sequitur: Per vim nihil rapuerit. Vbi prohibetur manifesta violētia, vndē & de raptoribus dicit Apost. Cū his nec cibū nos debere sumere.
- 1. Cor. 5.** ¶ Panem suum esurienti dederit. Non enim sat est ad salutem aliena non rapere, sed etiam oportet egenti sua propter Deū elargiri. Panem inquit, nō obiurgationem. Panē denique potius quā pecuniam, ne forsā hac malē pauper vratur. Vndē per Sapientem dicitur: Animam esurientem ne despexeris, & ne exasperes pauperē in inopia sua. Demum panem suum, inquit, non alienum.
- Eccle. 4.**
- Esa. 58.** ¶ Et nudum operuerit vestimento, iuxta illud: Quum videris nudum, operi eum. Ad vsuram non commodauerit, & ampliūs non acceperit. Aduerte quōd inter grauissimā hominum impiorum peccata vsura computatur. Ab iniquitate auerterit manum suam, in furto, fraude, & similibus. Iudicium verum fecerit inter virum & virum, si videlicet ipse

ipse fuerit iudex constitutus. Et nihilominus subaudiendum est hunc grauissimè peccare, si iniquum iudicium iudicauerit. Et in præceptis meis ambulauerit. Istud præcedentia omnia concludit, & designat quandam perseuerantem in iustitia voluntatem. Hic, inquit, iustus est, vita uiuet, & non morietur, ait dominus omnipotens.

FERIA SEXTA POST

Inuocauit.

Ezech. 18



Hæc dicit dominus deus: Anima quæ peccauerit ipsa morietur.

¶ In hac lectione duo facit. Primò pollicetur, quod si impius egerit poenitentiam de præteritis culpis suis, saluabitur. Secundò, quòd si iustus dereliquerit iustitiam suam, damnabitur. Primum à principio lectionis. Secundum, ibi: Si autem auerterit se iustus.

¶ Circa primò quum reperisset breuiter quæ priùs dixerat, scilicet: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum, ut cesset proverbium dicentium: Patres comederunt uiam acerbam, & dentes filiorum obtupescunt, mox deinde subiunxit.

Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & fecerit uniuersa præcepta mea & fecerit iudiciũ & iustitiã uita, uiuet, & nõ morietur

¶ Ac si dicat: Qui fieri posset ut puniã filios propter patres aut patres propter filios, quum usque ad eum sim misericors, quòd si etiã ipse impius egerit poenitentiam de peccatis præteritis, & hunc saluem? Sed aduerte quibus conditionibus impius & peccatorem suscipit poenitentem. Si egerit inquit, poenitentiam, uidelicet in effectu, & non tantum uerbo promiserit, vel mente tractauerit. Ab omnibus peccatis suis quæ operatus est declinando, nullis omnino retentis, imò nec uno, quin omnia detestetur. Et hoc est declinare à malo.

¶ Et custodierit omnia præcepta mea, quod est facere bonum. Ex quo patet possibile esse homini omnia dei præcepta

E iij. pta

Ad ueram poenitentiam quæ requiruntur.

pta seruare. Et fecerit iudiciū discutionis, & iustitiam executionis cōtra semetipsum, & nihilominus erga proximū iustē se habuerit, vita uiuet pro prædictis, & non morietur pro operibus iniquis, de quibus pœnituit. Sequitur: Omnium iniquitatū eius, quas operatus est, non recordabor, videlicet ad puniendum supplicio æterno. Licet hæc puniam in hoc tempore. Cuius rei exemplum patuit in Dauid, cuius

2. Re. 12.
culpa di-
mitti, pœ-
na reser-
uata.

quum transtulisset peccatum dominus, vt non moreretur propter illud, neque in æternum à domino reprobareretur, temporales tamen pœnas graues & acerbis in mortibus filiorum, & sui ad tempus à regno per filium Absalon depulsione persoluit. Nec etiam ad temporaliter, inquit, puniendum recordabor si peccator ipse vti dignum est, propriam recordatus fuerit iniquitatum, vt ea in spiritu humilitatis & in animo cōtrito deplorat, & detestetur. Quum enim sese homo punit, deus parcit: quum homo delictorum suorum dolens meminit, deus obliuiscitur: quum homo ea cōfitens detegit, deus tegit. Vnde per Ieremiam loquitur, dicens: Repentē loquar aduersus gentem & aduersus regnū, vt eradicem & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitavi vt facerem ei. Sequitur:

Iere. 8.

In iustitia sua quam operatus est uiuet.

¶ Super quo beatus Hieronymus ait: Non tam mea, inquit, quàm sua iustitia uiuet, licet iustitię meę sit bona bonis, & mala malis reddere.

¶ *rumbo
minis sit
aliqua in
iustitia.
Ioan. 1.
Pro. 16.*

¶ Sed dicat forsitan aliquis: Nihil deus in nobis præter sua dona coronat, sicut in Euāgelio loquitur: Gratiam accipimus pro gratia, ex quo videtur quod magis sua quàm nostra iustitia viuimus. Ad quod dicimus, quia hominis est animū præparare, domini autē diligere gressus, cuius etiam est remunerare. Viuit ergo homo, & sua iustitia pariter & iustitia dei. Sed nobis est iustitia per præparationem animi, Dei est per adiuantis & perscientis collationem gratiæ. Parū est ab homine, à deo multum, quum & hoc ipsum nostrum bene velle, non à nobis, sed ab ipso acceptum habeamus. Sed quia deo mira sua liberalitate remunerat gratiæ suæ adminiculo hominem bene operantem, & suam liberam voluntatem instinctui gratiæ accommodantem, quasi

quasi totum esset profectū ab homine, ideo dicit: In iustitia sua quam operatus est viuet. Hoc audiant hæretici, qui dicunt hominem etiam in opere bono peccare. Et subdit ad confirmationem prædictorum: Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus deus, & non vt conuertaturā vis suis, & viuat? Quasi dicat: Volo pereant vitia & peccata, & homo saluetur iuxta quod Apostol⁹ ad Timoth. scribens ait: Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Non vult ergo dominus mortem nostram sed vitā: nō perditionem, sed salutem: quum sit ipsius proprium misereri & parcere, punire verò alienum sit ab eo. Vndè quū per Esaiā dixisset ad viros illusores, qui se percussisse fœdus cū morte iactabant, & posuerunt mendaciū spem suā, nec credebant flagellum inundās super se posse venire, illud tādē adiecit: Ponā in pondere iudiciū & iustitiā in mensura: & post pauca subiunxit de semetipso loquens, Irascetur vt faciat opus suum. Alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.

1. Tim. 2.

Esai. 28

¶ Circa secundum dicit:

Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius, nunquid viuet?

¶ Ostendit quòd sicut peccatori penitenti non nocent præterita delicta, ita nec iustū à iustitia se auertentem pristina iustitiæ commēdant. Vnusquisque enim in quo statu à domino in die supremo reperitur, in ipso & iudicabitur. Itaque sicut in præcedente articulo elucet misericordia, sic in isto iustitia. Si, inquit, auerterit se iustus à iustitia sua, facienda omitrens, & fecerit iniquitatem, quæ facere non licet committens, secundum omnes abominationes quas operari solet impius. Quod quidam vigilanter dictum accipientes dicunt peccātis omnia pristina bona opera coram deo non oblitum iri, nisi fecerit iniquitatem, non secundum aliquas, sed secundum omnes abominationes quas operari solet impius. Quòd si non omnes impietates quas impius operari solet peregerit, sed aliquas duntaxat, etiam nec omnes suas iustitias fore abolendas, & est sententia Origenis super epistolam Apostoli ad Romā.

pristina
iustitia
peccatoris
non com-
mendat.

Nū pro-
pter vnū
peccatum
omnes iu-
stitiæ abo-
leantur.

2. Pa. 19.

¶ Vndè & Iosaphat regi Iuda qui amicitias illicitas cum

B iij

Achab

Nota.

Achab rege Israel utique sacrilego & idololatra contraxerat, dictum est per prophetam: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris: idcirco iram quidem domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te, eò quòd abstuleris Lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres dominum Deum patrum tuorum. Hæc autem opera bona fecerat priùs quàm his qui oderunt dominum, scilicet Achab & Iesabeli vxori eius culpata amicitia iungeretur. Vndè videtur illa opera nõ fuisse in oblivionem data coram deo propter superueniens peccatum. Non enim fecerat iniquitatẽ secundum omnes abominaciones ipsius Achab vel Iesabelis, qui propter cultum Baal prophetas Domini persequebantur, quod ipse non fecit. Porro si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominaciones quas operari solet impius quid de illo sequenter dicatur aduerte: Nunquid viuet talis merito præteritarum iustitiarum? Sequitur:

Omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur.

¶ Videlicet ad eius salutem. In præuaricatione qua præuaricatus est, bona quæ facere tenebatur omittendo, & in peccato quod peccauit, mala faciendo, in ipsis, id est pro ipsis non pro peccatis alienis, morietur.

Obiectio.

¶ Sed dubium occurrit, & contrarium fortasse videri posset per hoc quod Apostolus ad Hebræos scribẽs, dicit: Nõ est iniustus deus vt obliuiscatur operis vestri, vbi dicit glossa: Quia de præsentis nõ habet vndè laudet, de spe futurorũ eos attollit. Vndè patet quòd illi quibus hæc loquebatur, eo tempore mali erant: ergo falsum esse videtur quòd hęc dicitur, non recordabuntur omnes iustitiæ eius quas fecerat, iniustus enim deus esse videtur. Proinde si pœniteant, nõne eorum bona opera pristina per peccatum superueniens reuiuiscunt mortificata?

Solutio.

¶ Sed quod hęc dicitur, omnes iustitiæ eius quas fecerat nõ recordabuntur, de his accipiendum est peccatoribus, qui à iustitia se auercentes denuo non respiscunt, quorum præcedentes iustitiæ non recordantur, quo ad euasionem pœnæ æternæ, vel gloriæ celestis adeptionem.

¶ Porro Apostoli verbum quo ait his qui tum se à iustitia auertisse putantur, non est iniustus deus, vt obliuiscatur operis

peris vestri, intelligendum est, si à peccato resipiscētes pœniteant. Sic enim quæ per superueniens peccatum mortificata fuerant opera bona denuò reuiuiscunt. Magnam autem Apostolus de his spem habebat, quòd pœniteretur. Simile aliquid ad Galatas scribeas, ait: Tanta, inquit, passi estis sine causa, si tamen sine causa. Quod addidit, quia eorum reuersionem sperabat, & pristina passionum suarum pro Christi nomine merita, rursus illis ad gloriæ præmiũ reputanda. Sequitur:

¶ Et dixistis. Non est æqua via domini quasi dicat: Quum ita sit, sicut dixi, quòd vnusquisque moritur ob peccatum suum, non alienum: quare vos me iniustum dicitis, imponentes quòd puniam filios propter patres? Putatis me iniquum, vt reddā peccata patrum in filios, & aliis comedentibus vnam acetabam, aliorum dentes obstupescant? Ecce vnusquisque in peccato suo moritur, & in sua iustitia viuificatur. Neutrobique puniuntur præterita, sed præsentia peccata: quin potiùs iniqua est vestra sentētia, qui dicitis quòd aliorum scelera in aliis à me puniantur: Sequitur:

Audite ergo domus Israel. Nunquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt?

¶ Quasi dicat: Ego iustus sum in operibus meis, vos autem vnus contra alterum agitis peruersè, & ideo suspicamini, & creditis me vestri ad morem peruersè agere contra vos, vt puniam filium pro patre, & econuerso. Sed non est ita, imò pnnio vnumquenque pro sua iniquitate, vndè subdit

Quum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatē, morietur in ea. Et quum auerterit se impi⁹ ab impietate sua quam operatus & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam viuificabit.

¶ Consyderans enim se, id est, videns se in iniquitatibus suis perire dignum, & auertens se ab iniquitatibus suis quas operatus est, vita viuet, & non morietur, quasi dicat:

¶ Vel per hoc me esse iustum agnoscite, quia nec filium bonum pro patre malo punio, sicut calumniamini, quum nec eundem hominem pro suis propriis peccatis puniam si pœniterit. Et licet dem vnique iuxta vias suas, murmurāt tamen iniquè cōtra me, & dicunt filij Israel, generatio praua & exasperans: Non est æqua via domini. Quibus uti-

Gala. 3.

Peruer
suspicionis
causa.

que verè respondetur vias domini æquas esse, suas autem prauas atque peruerfas.

SABBATO POST

Inuocauit.

1. Thes. 3.



Ratres rogamus vos, corripite inquietos consalamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

¶ In hac lectione docet Apollolus, Primò qualiter nos habere debemus ad proximos, Secundò, qualiter ad deum. Tertio, qualiter ad nosmetipsos. Primum à principio lectionis. Secundum, ibi: Semper gaudete. Tertium, ibi: Spiritum nolite extinguere.

Orinat
nos adpro
nimos.

¶ Circa primum dicit: Fratres: rogamus vos, corripite inquietos. Vbi (sicut iam dictum est) ordinat nos rectè cum proximo, Proximorum autem quidam sunt insolentes & inquieti, quidam animo pusilli, quidam infirmiores & imperfecti.

Inquieti
& dissolu
ti.

¶ De his qui inquieti & insolentes sunt, dicit: Corripite inquietos. Neque tamen per licentiam & arrogantiam eos pronocaueritis aut irritaueritis, sed in spiritu lenitatis huiusmodi instruite. Qui enim peruersis imbutus est moribus pertinacior fit in malo, si acerbius fortè corripitur. Contrà verò ij quieti & bene compositi sunt, qui dei mandata obseruant. Deus enim singulis in rebus ordinem præfiniuit & limites, quos qui transcederit, vagus, dissolutus, & inquietus argueretur. Cuiusmodi sunt heretici, contentiosi, temulèti, auari, & istiusmodi ceteri, qui constitutas à deo metas excedunt.

Animo
pusilli.

¶ De iis qui animo pusilli sunt, dicit: Consalamini pusillanimes. Pusillo animo sunt, qui ferè nil queunt temptationis, qui tamen propter hoc desperandi non sunt, sed subleuandi & consolandi.

Infirmi
& imper
fecti.

¶ Denique de his qui infirmiores & imperfecti sunt, dicit: Suscipite infirmos. Hoc est, Validiores reddite, qui fuerint in fide infirmiores, iuxta quod alibi præcipit: Infirmum, in quiens, in fide assumite. Docet proinde qualiter se gerere debeant fideles ad alios qualitercunque dispositos quum subdit:

Rom. 14.

patientes.

Patientes estote ad omnes. Videte ne quis alicui malū pro malo reddat, sed quod bonum est, sectamini in inuicē, & in omnes.

¶ Patientes, inquit, estote ad omnes, id est, dissolutos, pusillanimes, & infirmos sustinete, vt sic eos etiam vobis molestos & onerosos tolerando ad bonum conuertatis. Itaque videte, id est, prudenter cauete, ne quis malum pro malo reddat, non enim hoc esset patientiam seruare ad omnes. Si ergo mala nobis illata, malis compensanda non sunt: quanto minus pro accepto beneficio sunt mala reddenda, vel ij afficiendi sunt malo, qui nobis nil mali fecerant? Quin potius quod bonū est, semper sectamini in inuicem & in omnes. Neq; enim sat est nil mali pro illatis malis rependere, quin & benefaciendum erit ei qui nocuerit, id enim intēdit Apostolus quum dicit: Sectamini quod bonum, est hoc est, Enixe nitamini benefacere, & in inuicem, id est, erga fideles: & in omnes, id est, etiam erga infideles.

¶ Circa secundum dicit:

Semper gaudete, sine intermissione orate in omnibus gratias agite.

¶ Hic docet qualiter debeamus nos habere erga Deum. Et præcipit tria. Primum est in deo gaudere, dicens: Semper gaudete, etiā vel in medijs atque vrgētissimis malis, quasi dicat: A Equo animo pro Christi amore cuncta vobis aduersantia tolerate. Aduerte quēadmodum post quā malum pro malo non esse reddendū dixisset, mox & gaudendum hic esse denunciauerit. Qui enim didicit suas non vlscisci iniurias, sed potius & his benefacere qui mala intulerunt, vnde hic talis poterit mœroris aculeos excipere?

¶ Secundō est assiduē orare, quum dicit: Sine intermissione orate. Viam aperit ad perpetuam quandam iocunditatem, vt scilicet pro bonis potioribus obtinendis assiduēdo minum precentur. Sed quia beneficiis vlterioribus nemo dignus est, nisi gratias agat pro acceptis, idcirco tertio loco præcipit in omnibus gratias agere.

¶ In omnibus, inquit, siue prospera fuerint, siue aduersa gratias agite. Quod qui facit, perspicuum est perpetuam quandam animi dulcedinem hunc esse adeptum, & continens gaudium. Sequitur: Hæc est enim voluntas Dei in Christo

Christo Iesu in omnibus vobis, vt scilicet vos non ingratos p acceptis exhibeatis beneficis. In Christo, id est, in Christi domini nostri adiutorio. Nam ille nobis in gratis agendis & aliis predictis opitulatur, sicut etiam & in multis sacri Euangelij locis edocet. Vel sic potes accipere quod dictum est: Hæc est enim voluntas dei in Christo Iesu in omnibus vobis quasi dictum sit: Hoc est beneplacitum deo per Christum Iesum de omnibus vobis: nimirum vt semper gaudentes, atque orantes, persistetis in gratiarum actione.

¶ Circa tertium dicit:

*Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere
Omnia autem probate, & quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete vos.*

*Ordinat
hominem
erga semetipsum.*

¶ Hic docet qualiter se debeat habere vnusquisque erga semetipsum, dicens: Spiritum nolite extinguere, id est, gratiæ cœlestis lumen quod in huius seculi nocte in mente vestra lucet, non velitis delere, neque spiritui sancto in vobis habitanti impedimentum malæ voluntatis præbere.

*Gratiæ
men sic
tinguitur.
Mat. 25.*

¶ Extinguitur autem in homine gratiæ cœlestis lumen, vel per inanē gloriā, quemadmodum extinctæ sunt lâpades virginum fatuarum, quæ lâpades oleo vacuas, id est, foris opera bona sine interioris gaudio conscientiæ ferebant. Vel per carnalem voluptatem. Vnde scriptum est dicente domino:

*Gene. 6.
1. Cor. 5.*

Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Hoc modo apud Corinthios adulter ille incestus lumen spiritus luto carnalis luxuriæ obfudit. Vel per intromissionem rancoris & malitiæ. In maleuolam enim animam non introibit spiritus sapientiæ, qui etsi animam prius inhabitasset, malitia superueniente discedit. Obstruendæ sunt igitur sensuum exteriorum fenestræ, ne per illas ingrediatur quod cœlestem habitatorē offendat, & gratiæ extinguat lumen. Nec puluerem, id est, rerum curas terrenarum inspergas, ne & sic lumen quod in te est contingat obtenebrari.

Sap. 1.

¶ Sequitur: Prophetias nolite spernere, id est, scripturæ diuinæ interpretationes, quæ spiritu sancto docente profertur. Omnia probate, & examinado diiudicate: quod verò fuerit (iudicio eorum quorum interest iudicare) bonum cōprobatum, id teneatur: quod secus, reiciatur. Erant enim

enim

enim nonnulli qui se falso prophetas vel apostolos asser-
bant, utique fallaces & subdoli, à quibus ne fideles circun-
uerirentur, dicit: Omnia probate, hoc est, & vera & falsa
experimentis tentando discernite. Nam lupi in vestimen-
tis ouium, id est, seductores ornati foliis scripturæ diuinæ
verborum, utique prophetæ falsi, à quibus nos iubet domi-
nus attendere, à fructibus operum suorum cognoscuntur.
Deinde quod bonum est tenere, hoc est: Quas rectas esse
compertum habebitis doctrinas, ac scripturæ diuinæ inter-
pretationes, admittite securi.

¶ Demum ab omni specie mala abstinete vos, inquit, id est,
ab omni, siue propheta, siue doctore quouis falso & com-
mentitio, siue prauis quibusuis facinoribus, siue his quæ ta-
met si fortasse de se mala non sunt, nihilominus tamen spe-
ciem mali habere noscuntur, ne cuiquam præstetis offen-
diculum. Quoniam autem ad hæc quæ dicta sunt rectè ge-
rèda cælestis adminiculi suffragium homini necessarium
est, ideo hoc optans fidelibus Apostolus subdit, dicens:

Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia.

¶ Itaque post monita sancta, etiã vota inducit, ut & ex mo-
nitis, & Apostoli votis & precibus, sint ipsi tutiores. Per o-
mnia, inquit, ut videlicet & corpore & animo sanctitatem
adipiscamur, sicut ex sequentibus patet. Sic autem, inquit,
vos sanctificet, ut integer spiritus vester, & anima, & cor-
pus, sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi ser-
uetur.

¶ Sed quid inter spiritum distet & animam, aduerte. Quum
enim sit homo ex omni animarum specie admixtus, ea sci-
licet quæ plantis inest, quam vegetatiuam appellant: dein-
de & anima sensitua, mox & intellectiua, seu rationali cū
spiritum dicit Apostolus, profectò intellectiuam expres-
sit: cum animam, sensibilitatem ipsam: cum corpus, vegeta-
tiuam vitam nobis inesse ostendit, quæ & plantis inesse di-
noscitur. Precatur itaque, & optat vnumquenque fidelium
secundum hæc omnia sine querela seruari, ut in his cūctis
obsequium per eum Deo præstetur.

*Spiritus
anima,
& corp^o
differunt*

FERIA SECUNDA
post Reminiscere.

o stonde

DANIE 9^o

Stende faciem tuam super sanctuarium tuum quod desertum est.

¶ Lectio presens intenta est S. Danielis prophete, intenta & humilis supplicatio pro populo Iuda propter peccata sua in captiuitatem Babylonicam translato, & pro ciuitate sancta Hierusalē destructa,

& in ruinis suis desolata, & nihilominus pro tēplo dei successō igni atq; deserto, diuinā clementiā implorātis. Ex qua prophete precatione tria nobis p nostri restauratione supplicantibus sunt imitanda. Primū est recognitio diuinę bonitatis. Secundū est cōfessio proprię iniquitatis. Tertium est cū magna humilitate inuocatio diuinę pietatis. Primū à principio lectionis, Secundum, ibi: Peccauimus, iniquitatem fecimus. Tertiū, ibi: Neque enim in iustificationibus.

¶ Circa primum dicitur:

Domine Dens noster qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc.

¶ *Memoria
fac diuini
memento
re mune
ra largi
tatis.*

¶ De Aegypto nempe, id est, ignorantie & peccatorū tenebris, ac diabolica tyrannide quasi Pharaonis impij durissima seruitute credentium populum Deus per filium suum eduxit & liberauit, & in virtute potentie sue atque iusticie, captiuitatis nostre vincula dirumpens, nomen suum in ecclesia populi fidelis notū fecit & magnificauit. Ergo quotiescunque peccatorum vinculis nos irretitos sentimus, & pro nostri liberatione diuinam misericordiā imploramus, veterum eius memores beneficiorum pro his gratias agamus, & sic demum cum fiducia pro obtinēdis vlterioribus gratiæ suæ donis, ac nostri liberatione precemur.

¶ Circa secundum dicitur:

Peccauimus, iniquitatem fecimus domine in omnem iustitiam tuam. Auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate Hierusalem, & à monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum Hierusalem, & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui & preces eius, & ostende fa

ciem

eiem tuam super sanctuarium tuum quod desertum est. Propter te ipsum inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum.

¶ Precaturus Propheta pro ciuitate, & populo, & templo, Deo primum dans gloriam, peccata sua & populi humiliter confitetur, vt veritati suae confessionis occurrat misericordia Dei. Allegat autem suum & ciuitatis & populi opprobriū & confusionem, quatenus humana miseria dei misericordiam prouocet, & pœna placare valeat iustitiam quae nimirum omnia etiam nobis orantibus sunt imitanda.

¶ Circa tertium dicit:

Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi domine, placare domine, attende & fac. Ne moreris propter te ipsum Deus, quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem hanc, & super populū tuum.

¶ Magnam precantis humilitatē agnosce, quum dicit: Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces, sed in miserationibus tuis multis. Nemo quippe mendicans opes ostentat, sed vt suscitaret miserationem, clamitat inopiam. Quis enim de suis opibus sese iactantis misereatur? Sed paupertatem suam agnoscat, quisquis precaturus accedit ad Deum. Vnde Dauid humilis, & vir secundū cor Dei, tametsi rex esset inclytus & opulentus, nihilominus tamen in oratione coram domino constitutus: Pauper sum, inquit, & in laboribus à iuuentute mea. Et rursus: Ego, inquit, mendicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei. Et iterum: Astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam. Orantes ergo nostram spiritualem miseriam, inopiam, paupertatem, & peccata nostra veraciter & humiliter confiteamur. Iustitiam verò nostram quae vt pannus menstruatae confusibilis (si discutatur) & erubescenda est, imò verò quae nulla est, nequaquam pretendamus, sed omnem spem salutis in Dei misericordia & gratia constituamus.

¶ Ceterum sicut pro his tribus quae iam dicta sunt, vide licet, pro populo exilente in captiuitate, pro dissipata ciuitate,

*Cū sui huius
miliatioe
orandum*

*Dauid in
oratione
qualis.*

Es. 64.

ciuitate, & pro desolata templi sanctitate, propheta lugens orabat: sic & modò lugendum, & orandum est fidelibus & piis, vt per diuinam clementiam & misericordiam in populo Christiano tria incomparabilis iacturę mala restaurentur. Primum est venundatorum in peccato miserrima captiuitas. Secundum est populi Christiani dissipata atque discissa vnitas. Tertium est primę atque venerandę sedis miserabilis calamitas.

Venundatorum in peccato captiuitas.

¶ Quo ad primum vt agnoscamus quantum sit deploranda venundatorum in peccato vt faciant mala miserabilis calamitas, prophete sancti luctum & lamentationes attendamus. Propter peccata nostra, inquit, & iniquitates patrum nostrorũ Hierusalem, & populus tuus in opprobrium sum omnibus per circuitum nostrum. Si hos lugebat quos rex Babylonis à propria terra captiuos in Babylonem vinduxerat, & sibi subiectos premebat seruitute: quantum magis lugendi sunt peccatores, qui non terrenam & temporalem, sed cœlestem & æternam perdidit hereditatem, quos peccatorum & vitiorum suorum funibus & cõpedibus cõstricti, venundati proinde vt faciant mala, peccati & diaboli serui omniũ terribilissima atque extrema seruitute prementur. Quos nimirum super flumina Babylonis, id est, huius seculi vana gaudia sedentes, flere oportebat, dũ recordantur illius cœlestis Hierusalem, à qua in longinqua exiles relegati proscriptique detinentur. Quibus si dicatur Hymnum cantate nobis de canticis Sion, id est, pias & dignas preces effundite, lætas gratiarũ actiones depromite, deuotas Deo laudes decantate, quum ad hæc idonei non sint, nec ad ea, quandiu captiui detinentur, valeant assurgere, vtique respondebunt: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?

Populi Christiani discissa vnitas.

¶ Quo ad secundum lugebat Propheta dissipationem Hierosolymorum ciuitatis. Sed multò magis lugenda nobis est Christiani populi his nostris temporibus vnitas discissa. Luges proculdubio, si aliquod tui corporis membrũ eleganter abscissum perdidisses. Et quidem grandia atque elegantia dudum ecclesiastici corporis membra, ecclesiasticam deseruerunt vnitatẽ. Et scissio danosa nimis facta est his diebus. Quum fermè tota tribus Benjamin armis delata esset ob nefandum ab in ipsa tribu perpetratum scelus, reliquarũ popu-

Iudi. 21.

li tribuum sceleris quidē vltiores & victores, post luctuosam de fratribus suis victoriā lamentari cœperunt, & flere dicentes: Quare domine Deus Israel factū est hoc malum in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis?

¶ Et quidem ablata nobis est etiam & nunc vna tribus de Israel. Inimicus homo hoc fecit, qui hæreseos & errorum zizania in medio tritici, dormientibus his, quos opus erat vigilare & malū hoc prohibere, superfeminauit. Verē inimicus qui consurrexit aduersus dominū & aduersus Christum eius, qui quum inter ecclesiastici ordinis prædicatores, quasi in numero Christi discipulorum vnus ageret, intromisso ad intima sua diabolo, calcaneū suum contra dominum eleuauit, dux eorū & signifer effectus, qui iam cōuenerunt aduersus dominum & aduersus Christum eius.

¶ Super huiusmodi ciuitatis dissipatione lugendum est. Ecclesia nempe fidelium rectē ciuitas à suorum vnitate ciuium est dicta, quam vnitatem dum per sectas hæreses & schismata dissipati contingit, exinde profectō ciuitas non est. Nam ciuitatem hanc suam amittunt, quicumque catholicam & Apostolicam deserunt vnitatem. Sanē hanc vnitatem ædificare summo studio cupiebat Apostolus, quum dicebar: Obsecro vos fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Et rursus: Vnanimis, inquit, vno ore honorificetis Deum, & patrem domini nostri Iesu Christi. Vndē & ipse dominus pridie quàm pro hac ecclesia sua moreretur patrem pro his qui ad fidei vnitatem venturi erant, & nihilominus pro his qui iam tunc in ipsum credebāt, precatus est dicens: Rogo vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Nā vt quidam ē sapientibus huius mundi ait: Concordia paruarum res crescunt, discordia verō vel maximæ dilabuntur.

¶ Quoad tertium. Lugebat Propheta pro desolato templo, dicens: Ostende faciem tuam super sanctuariū tuum quod desertum est. Sed hoc tempore multō magis lugenda est illius venerandæ sedis calamitas, flendūmque atque dicendum: Quare domine Deus factum est hoc malum? Nec tamen ea quæ huic sedi superuenit calamitas lugenda magis est, quàm eorum peccata qui hanc meruerūt: quin multō ampliùs dolendum est ea esse admissa, quæ mala hæc promeruerunt.

¶ Sed

Mat. 13

1. Cor. 1.

Roma. 15

104. 17.

Tullius.

calamitas prima sedis.

*Sanctuarium
Dei myst.*

¶ Sed aliud est sanctuarium Dei viuum & rationale quod despoliatum est & desolatum, mens scilicet hominis peccatoris. Huius templi prophanator ac depredator diabolus quæ inde tollat ornamenta figurale illud templum per Antiochum regem spoliatum typicè declarat. Vnde in historia Maccabæorum scriptum est: Intrauit in sanctificationem cum superbia (nimirum rex Antiochus) & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & yniuersa vasa eius, & mensam propositionis panum, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum quod in facie templi erat, & quibusdam interpositis subditur: Secundum gloriam eius, multiplicata est ignominia eius.

*Diaboli
typus.*

¶ Vbi per Antiochum diuinæ legis & sacri cultus hostem & exterminatorem diabolus diuini honoris aduersarius accipitur, qui per peccatum credentis mentem (quæ in sacro baptismi lauacro Deo viuo templum est consecratum) ingressu suo contaminat. Qui idcirco cum superbia ingredi dicitur, quia in omni peccato Deus in suo mandato ab homine contemnitur, & humana voluntas diuinæ voluntati præfertur, quod utique grandis superbia est.

Hebr. 11.

¶ Et accepit altare aureum, id est, fidem charitate formatam. Siquidem hoc vnum altare munera nostra coram Deo commendat. Nam & sine fide impossibile est placere Deo, & sine charitate quicquid facit homo vel patitur, nihil illi prodest. Hoc autem altare verè sacrum & Deo dicatum, spirituale mentis templum diabolus mox cum per peccati consensum ingressus fuerit, tollit. Eius enim qui in peccato est, & charitas extincta est, & mortua fides.

2. Reg. 21

Hebr. 4.

1 re. 23.

¶ Secundo tollit candelabrum luminis, id est, Dei verbum de quo Propheta dicit: Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen semitis meis. Facit enim ut peccator Dei verbum exhorreat, quia nil ei prophetat nisi malum, quandiu videlicet pertinace mente in peccato perseverat. Quod si fortasse nonnunquam sermo Dei viuus & efficax (ignis utique & malleus conterens petras) peccatoris mentem vel terrore concusserit, vel emollierit cõpunctione, audi quid agat hostis antiquus: Venit, inquit, diabolus, & tollit verbum de corde eorum ne credentes salui fiant. Vasa huius candelabri sunt ea, quibus lumen sapientiæ & intellectus in cordibus credentium nutritur, cuiusmodi sunt, lectio scripturæ, auditio

auditio verbi Dei, meditatio sancta, oratio, ieiunium, & similia.

¶ Tertiò tollit mensam propositionis panum, quæ & ipsa *Mensa pro*
aurea erat, & significat spiritualis exercitij, vel cuiusvis *positionis*
sanctæ operationis assiduitatem. Hi enim qui esuriunt & *panum.*
sitiunt iustitiam, ex hac mensa reficiuntur. Reficiunt nempe mentem iusti opera bona, ut ex illis corroborata ad meliora cõualescat. Vndè dominus in Euangelio: Meus cibus est, inquit, ut faciam voluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Aurea mensa, voluntas bona est, charitate Dei & proximi, quasi auri precioso fulgens decore. Hæc post ablatum candelabrum luminis tollere describitur, quia nimirum post verbi Dei contemptum hoc superest, ut & à Dei & proximi vera dilectione, & ab opere sancto peccator decidat & ocietur.

¶ Quartò tollit mortariola aurea. Erant vasa in quibus aromata contundebantur ad thymiamatis confectionem in odorem suauissimũ domino. Et significant opera pœnitentiæ sancta ad mortificationem vitiorum, & carnis castigacionem assumpta: cuiusmodi sunt ieiunia, vigiliæ, cilicia, solitudines, spontanea à quibusdam rebus licitis abstinencia propter Deum, quibus caro rebellis cum vitiis & concupiscentiis suis mortificatur in odorem suauitatis ante Deum. Nec mirum est quòd peccatore cessante ab operibus bonis, vitia non mortificata, non prohibita, non repressa, rursus inualescunt.

¶ Quintò tollit velum, quo nimirum interioris aditi secretiora tegebantur, & non incongruè verecundiã significat. Hi enim qui hanc perdidērunt peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt nec absconderunt. Gaudent enim quum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Porro quòd manifestior, eò & pestilentior peccator est. Vndè per prophetam huiusmodi attritæ frontis peccatori dicitur: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Contra verò placita fuit Deo humilis publicani verecundiã, qui nec oculos quidem suos volebat ad cælum leuare.

¶ Sextò tollit coronas, per quas non modò cœlestia præmia significari arbitramur, quæ post prædicta peccator amittit, sed etiam honoris reuerentiam in hac vita. Nimitũ (ut Apostolus ait) gloria & honor omni operãti bonum.

F ij Nun-

Esai. 3.
Prov. 2.

Ierem. 3.

Luc. 18.

Roma. 2.

FERIA TERTIA

Nunquam enim adeò inualefcet improbitas, quin bonis & probis sua virtus fit honori. Sed post prædicta omnia rationalis templi ornamenta, & vafa sancta amiffa, & post ipsam etiã iam perditã vetecũdiam, demum & ipse honor amittitur. Quis enim hunc censeat honore dignũ qui absque villo pudore omnium vitiorũ dedecore palãm sordet? ¶ Postremò tollit ornamentũ aureũ quod erat ante faciẽ templi, id est, famam & opinionẽ bonam, hæc omnium no uiffima deserit peccatorẽ. Ipsa quidẽ superstes, vtique or namento erat spiritali templo, & quidem ornamento nõ paruipendendo, quod amiffisse non mediocris iacturẽ est. Oportet enim sanctos habere testimonium, & ab his qui foris sunt, quod ornamentũ si quis obftãte fama mala per diderit, rumore sinistro fœtet coram omnibus, quasi cada uer aliquod abominandum & euitandum. Quin & semel amiffa bona fama, vix denuò recuperatur. His ita se de spi rituali templo habentibus, secundum gloriam eius multi plicatur ignominia eius. Nam sacrosanctum priũs atque venerandum Dei templum in teterrimam diaboli spelun cam cõuerfum est. Et quemadmodum spoliati atque pro phanati templi purificationem Iudei cum fletu & luctu, & multa sui humiliatione peregerunt: ita etiam necesse est, vt per huiuscemodi peccatrix anima Deo reconcilietur.

ornamẽ-
tũ aureũ.

1. Tim. 3.

1. Mac. 4.

FERIA TERTIA

post Reminiscere.

Actus est sermo domini ad Heliam The biten, dicẽs: Surge, & vade in Sareptã Sidoniorum.



3. Reg. 7.

¶ Illius lectionis historia tribus modis potest exponi, videlicet primò literaliter. Secundò, allegoricè. Tertiò, moraliter.

¶ Circa primum exponẽdi modum, videlicet intellectum literalem: consideranda sunt ex eadem lectione duo moralia, documenta, quæ nobis euidentibus exemplis explicantur. Siquidem primò ostenditur Dei erga suos paterna sollicitudo. Secundò, quàm sit utilis in pauperes propter deum facta subsidi, temporalis elargitio. Quo ad primum

nota

nota est historia, quæadmodum propter peccata impiissimæ Isabelis & viri eius regis Achab, & populi horum sacrilegia atque idololatriam imitantis ad præceptum Helie clausum fuit cælum annis tribus & mēsisibus sex, vt nec rote nec pluuia terra rigaretur. Ex qua sterilitate cum grauissima fames sequeretur, quæ tam homines quàm iumenta cõsumebat, memor dominus serui sui Helie curam ipsis egit. Præcepit ergo ei, vt abscederet se in spelunca petræ in torrente Carith, vbi & de torrente biberet, & corui ministerio pasceretur. Præcepi, inquit, coruis vt pascant te.

¶ Adferebat ergo ei coruus per singulos dies, ad corporis sui refectionem mane & vesperi, carnes & panem, & bibeat è torrente. Quum autem propter defectum pluuie torrentis siccaretur, rursus factus est sermo domini ad ipsum dicens: Surge, & vade in Sareptam Sidoniorum, qui locus erat extra terram Israel in terra gentium. Præcepi enim ibi, inquit, mulieri viduæ vt pascat te. Surrexit, & abiit quò iubeatur. Ex quibus patet mira dei de suorum necessitatibus sollicitudo, vnde B. Petrus: Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, quia ipsi cura est de vobis. Tantùm nobis cura sit quærendi regnum dei & iustitiam eius: quod si præstam⁹, hæc omnia, quæ ad vsum vitæ huius necessaria sunt, adiciuntur nobis. Vbi enim diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes dominum, non deficiunt omni bono. Ergo timete dominum omnes sancti eius, quoniam nõ est inopia timentibus eum, quod vtique præsentis exemplo Helie euidenter apparuit. Et vt miraculum curæ cælestis maius esset, per coruum (auem vtique rapacem & edacem) cibum huic bis in die sedulo ministravit, vnde sanctus verficator cecinit dicens:

*Helias
coruorum
pascitur
ministerio.*

*1. Pet. 5.
Mat. 6.*

sedulius.

Alésque rapinis

Deditus, atque auido saturans caua guttura rostro,

Tradidit illæsam ieiunis morsibus escam

Nunc bonus Helie, qui perfidus antea Non

Abluit in terris quicquid de liquit in vndis.

¶ Possumus autem per coruum rapacem, raptores & iniustos accipere, qui nonnunquam dei nutu viros religiosos & pios dei seruos temporalibus subsidiis fouent, sicut & in Dauid patuit, qui Saulis persecutionem fugiens ab Achis rege Geth in terra Philistinorum susceptus, & humanè ex

hibitus est. Circa secundum videlicet quàm sit utilis in pauperes propter deum facta subsidij temporalis elargitio Sequitur consequenter

Quumque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna.

¶ Illa utique mulier vidua ei apparuit, ad quam pascendus fuerat missus à domino. Ab ea quum paululum aquæ ad bibendû Propheta petisset, & illa pergeret vt afferret, Affer (inquit ille) mihi obsecro & bucellam panis in manu tua, Quæ quum sub attestacione iuramenti diceret sibi nihil panis superesse, sed tantummodo paululum farinæ quantum potest pugillus capere, & parum olei in lechito & diceret: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus & moriamur. Ait ad illam Helias Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti. Veruntamen mihi primùm fac de ipsa farinula subcinericium panem paruum, & affer ad me. Tibi autem & filio tuo facies postea Hæc enim dicit dominus deus Israel: Hidria farinæ nõ deficiet, nec lichitus olei minuetur, vsque in diem qua daturus est dominus pluuam super faciem terræ. Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Helix. Et comedit ipse & illa & domus eius tota. Et ex illa die hidria farinæ non defecit, & lechitus olei non est imminutus, iuxta verbum domini quod loquutus est in manu Helix.

*Mira gē
tili vidu
& fides.*

¶ Viduæ huius in primis mira fides commendatur, quòd Helix, viri ignoti & alienæ gentis promissioni sine vllius attestacione miraculi: vel opinione sanctitatis nil hæsitans fidem dedit. Deinde ipsius largitas, quæ in tanta necessitate inopiæ de victu sibi & filio suo tam necessario Helix sit partem elargita, digna profectò cui mox quod erogasset, cum grãdi scœnore à domino refunderetur. Quoniam ergo de tam modico quod sibi ad necessarium victum supererat propheticæ credens sponsioni est elargita, dei nutu & farina succreuit & oleum, vt verbum Sapientis impletum sit quo ait: Qui miseretur pauperis, scœnatur domino. Et iterum: Qui dat pauperi, non indigebit. Et rursus ipse dominus in Euangelio: Date, inquit, & dabitur vobis. Abundauit itaque vidua largitatis & fidei suæ merito, alioqui proculdubio fame peritura.

*Pro. 19.
Prove. 28
Lnc. 6.*

Secundò

¶ Secundò possunt hæc quæ dicta sunt exponi allegoricè, vt videlicet per sterilitatem & famè in terra Israel Iudaici populi (qui vtique est Israel secundù carnem) cæcitas & infidelitas designetur, sicut prædixerat dominus per Amos prophetam, dicens: Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum domini. Ipsi quippe se indignos hoc pane fecerunt: Vndè dicunt ei Apostoli: Vobis oportebat primùm loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit dominus. Hinc etiam per Esaiam hanc illis ariditatem fuerat comminatus, dicens: Nubibus, id est, gratiæ meæ prædicatoribus, mandabo ne pluant super eam (scilicet vineam domus Israel non nisi labruscas proferentem) imbrem, id est, verbum dei, quod ad modum imbris terram fœcundantis, credentis mentem abluat, emollit, impinguat, & operum bonorum feracem reddit.

¶ Per Heliam prophetam diuinæ legis ardentissimum zelatorem, legem & prophetas non incongruè accipimus.

¶ Per viduam autem Sarephtanam, ad quam Helias terrâ Israel derelinquens domino iubente perrexit, ecclesia de gentibus collecta significatur. Hæc enim legis & prophetarum doctrinam sibi missam à deo, fidei suæ hospitio suscipit, remanente (vt dictum est) apud synagogam Iudæorum inopia gratiæ & mentis sterilitate, vbi interim hæc vidua (id est, gentilitas quæ deum virum non habuerat) se Christo humilians, dum colligit duo ligna in crucem, vt faciat sibi quo viuat cibum qui non perit, dum videlicet non suæ sed iustitiæ dei per Christum nobis allatæ fidit, exaltata atque in deo ditata est, non deficiente quæ apud eam est hidria farinæ, nec imminuto lechito olei, hoc est, perseverante scientia legis pariter & euangelij gratia. Verbum quippe diuinæ legis panis est quo viuunt homines. Et euangelij gratia non absurdè oleum lætitiæ dicitur, condimentum consolationis, nutrimentum spei, incentiuum amoris, fomentum luminis fidei, & agnitionis dei. Vtroque vero iam sterilis & squallens caret synagoga, quia nec legis farinam molitores eius pharisæi molete sciunt, nec oleum euangelij in phylacteriis & magnificis simbriis suis ambulantes inuenire queunt.

*Fames sicut
ritualis iudæorum.*

Amos. 8.

Actu. 13.

Esaiæ. 5.

Helias legum & prophetarum doctrinam significat.

vidua Sarephtana ecclesia gentium est.

Ioan. 6.

Farina & oleum.

Arida synagoga Iudæorum.

*Tempus
famis mo-
raliter.*

¶ Tertiò possunt ea quæ dicta sunt secundum intellectum tropologicum siue moralè exponi. Secundū quē intellectū per tempus ariditatis & famis (quo clausum est peccatori cælum, & prohibitz sunt ei stillæ pluuiarum) status culpa mortalis figuratur.

*Iere 3.
Coru⁹ &
torrens
quid.*

¶ Helias autem qui tunc pascitur per coruum in torrente, peccatorem designat, qui ex recordatione suorum delictorum, & mortis atque æterni terrore iudicij (quæ mors per coruum nigram, & obscuro suo colore tenebras præferentem, non incongruè posse accipi videtur) profluuio pascitur lachrymarum, quemadmodum Helias potum suum habuit è torrente. Sed quia timor iste non manet, sed aduenti cedit charitati. Ideo fit sermo domini ad pœnitentem quatenus à timore surgat ad fiduciam & amorem & eò vadat, vbi pascatur à vidua, à quâ petat aquam & panem.

*Vidua
quid*

¶ Quæ vidua colligit duo ligna, & significat sanctam matrem ecclesiam, sui morte sponsi & redemptam & desponsatam. Quodd autem hæc duo ligna, quæ crucem faciunt colligit, hoc est vtique quod mente memori mater ecclesia crucem sui redemptoris iugiter meditatur, atque ob ipsius crucifixi domini amorem imitandi studio spontaneæ mortificationis crucem sibi componit.

*Farina ec-
clesiæ, &
oleū quid*

¶ Habebat hæc vidua farinam quantum pugillus capere sufficit, & paululum olei in lechito, quia nimirum sancta mater ecclesia doctrinam habet salutarem, quæ manu mensurari seu comprehendi debet: hoc est, operatione sancta cõplecti: & spem, quasi oleum, quæ lætitiã affert, & afflictæ mentis lenit amaritudines. Itaque vidua hæc constructo ex

*ignis dile-
ctionis vn-
de constru-
untur.*

collectis duobus crucis Christi lignis, deuotionis suæ & dilectionis igne, ex his quæ dicta sunt mysticis farina & oleo, id est, doctrina salutari & spe misericordiæ, conficere & parare curat sibi & filio suo, id est, omnibus & singulis in deum rectè credentibus cibum vitæ, iuxta consilium sui redemptoris qui ait: Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, vt comedamus, inquit, & moriamur. Hoc est, vt hîc (dum datur) in fide viuamus, & post in eadem fide & spe sancta, ligno crucis à lethali desperationis frigore defensi, in domino moriamur.

Ioan. 6.

*pœnitens
quo pasca-
tur. cibo*

¶ Huic itaque viduæ se pasendum spiritualiter pœnitens committat, petatque, & accipiat ab ea panem doctrinæ & aquam

aquam pœnitentiæ salutaris. Cibabit quippe illum pane vite & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. *Ecclesiæ. stici. 14.*
 Viuat proinde in huius viduæ, id est, sanctæ ecclesiæ domo vbi prædicta duo iugiter auctore deo conseruantur. & superant. Studeat autem verus pœnitens in doctrinæ verbo proficere per cognitionem veritatis in intellectu, & in affectu per dilectionem dei & proximorum, quoad usque tempus cœlestis vbertatis in æterna vita donetur.

FERIA QVARTA POST

Reminiscere.



*Onuertere luctum nostrum in gaudium,
 vt viuentes laudemus nomen tuum.*

Hester. 13

¶ In hac lectione recitatur nobis pia Mardochei ad deū deprecatio pro liberatione populi Israel, cui mortis discrimen impendebat. Adscribitur tamen ipsi Hester reginæ, cui Mardocheus hic propinquus & à consiliis erat. In qua quidem oratione tria facit orantibus imitanda. Primò confitetur & veneratur dei potentiam. Secundò allegans complorat, & proprias & populi sui angustias & miseriam. Tertio, optata à se bona in dei refert gloriam. Primum, à principio lectionis. Secundum, ibi: Et tunc Domine rex regum. Tertium, ibi: Et conuertere luctum.

¶ Circa primum est aduertendum, quòd huius orationis occasio talis erat. Haman secundus à rege in regno Assueri regis Persarum atque Medorum, impius atque truculentus, non modò regni appetens fuit, sed etiam ab omnibus affectabat adorari, supra humanum modum inflatus superbia. Quum autem Mardocheus inter ceteros Israeliticæ gentis captiuitatis filios ante regis aulam de more obambulare, ceteris impium illum adorantibus, ipse vnus illi genua curuare recusabat. Quod quum felle commoto ferret egerrimè, còsiliu ei fuit sententiam mortis à rege in totam Israeliticam gètem (quæ tum sub eiusdem regis ditione degebat) ob vnus huius odium impetrare. Quam cū fictis criminationibus & fucatis calumniis obtinisset, mox illam in vrbe regia Susis appensam palàm divulgauit cuius nihilominus exemplaria per veredarios publicos ad omnes

*Haman
 exterminu
 molit
 tur iudæ
 is.*

*diem ca-
dis à sorti-
bus poscit*

omnes prouincias & ciuitates sub imperio eiusdem regis Assueri constitutas secundum vniuscuiusque gentis linguam mox deferri fecit & publicari. Porro interfectionis atque exitij diem, inspiens, ipse & futuri nescius à sortibus poposcit. Quibus in vnam missis, exiuit duodecimi mensis dies quartusdecimus. Deo sortes sic temperante vt contra malum imminens per annum fermè totum præmuniti, orationibus & fletu pro sui liberatione diuinam clementiam impellarent, interim Mardochæo atque Hester regina suppliciter pro sui & populi liberatione in ieiunio & prece perseuerantibus.

*cur Ha-
mã Mar-
docheocru-
cem para-
uerit.*

¶ Quum ergo dirum atque fraudulentum mortis procuratorem adorare Mardochæus animo constanti recusaret, acrioribus ille furiis agitated, consilium habuit præuenire communè necis diem iam sortibus electum, & parare Mardochæo crucem sublimem, in qua dum suspensus interisset, gauderet se inuisum hostem de medio sustulisse. Sed supplicantiis piis, malignum consilium in suum authorem demira æquitatis dispensatione conuertit, vt incideret impius in foueam quam fecit. Subitò nempe ob Mardochæi cõperta in regem merita fidelitatis, rebus præter spem repente mutatis, iussione regia compulsus est impius Haman, vt magnificè honoratum à rege Mardochæum, vestibus indutum preciosis, impositumque equo regio & diademate fulgentem, ipse stratoris vices gerens per ciuitatem circunduceret, & propriæ præconio vocis clamaret: Sic honorabitur quemcunque rex voluerit honorare. Ad extremum verò in crucem, quam Mardochæo parauerat, ipse actus & suspensus cum filiis & domo tota periit. Quo extincto & nihilominus decreto mortis quod ipse fraudulenter obtinuerat, regiis epistolis reuocato, domus eius reginæ Hester & Mardochæo data est.

*Diaboli
typum a
mã gessit
Sap 2.*

¶ Vbi rectè diaboli typum impius iste Haman gessit. Ipse enim non modò regnum, sed etiam dei cultum sibi cupi exhiberi. Quo nihilominus agente mortis sententia à summo principe deo in totum genus humanum processit. Siquidè inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Porro Christum Mardochæus expressit. Hester verò figura fuit Ecclesiæ. Vndè sicut in cruce quam Mardochæo parauerat necis procurator interiit, ita diabolum Christus in cruce expolians

expolians traduxit confidenter palàm triumphans illum in semetipso, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis, & ipsum tollens de medio affixit illud cruci. Per crucem enim quam (Iudæis agentibus) diabolus Christo parauit, Christus ipse gloria & honore coronatus, hunc vicit & triumphauit, sicut vaticinio prophetico longè antè fuerat prænunciatum dicente Dauide: Dicite in nationibus, quia dominus regnauit à ligno. Vndè factum est vt ille victus per crucem & cōfusus, & mundi principatum & mortis imperium superat^o amiserit.

*Diabolus
propria
pe^o insidias
Coloss. 2.*

¶ Quòd autè domus Haman cecidit Hester reginæ & Mardocheo, quid aliud est, nisi quòd illo forti armato, qui priùs atrium suum custodierat à superueniente fortiore, superato victor illius atrium foret possessurus, & distributurus spolia? Siquidem mundi huius principatum, quem antè sibi diabolus usurpauerat, cecidit Christo victori. Data, inquit, est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Vndè & imminente certamine suæ passionis, de victoria iam securus ait: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicitur foras.

*Lucæ. II.
Victor
Christus
quid ac-
quisiuit.
Mat. VII.*

¶ Nobis quoque non aliter diabolus superandus est quàm per eiusdem passionis Christi communicationē, sicut duobus Zebedæi filiis regni gloriam poscentibus, responsione sua dominus insinuauit, prout hodiernæ sancti euangelij lectio patefacit. In qua quippe consilium suum dominus Apostolis secretò reuelans dicit: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Per passionem enim & mortem Domini, hostis noster diabolus capiendus erat, spoliandus & iudicandus. Quoniam verò insatiabilis hic homicida quod per vim non potest, dolis & fraude molitur, illius insidias in luce veritatis iam agnoscetes, ad eum confugiamus, qui nos potest saluos facere, & dicamus: Conuerte luctum nostrum in gaudium. His præmissis ad literam accedamus.

*IOAN. 12.
Matt. 20*

Domine deus rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & nō est qui tuæ possit resistere voluntati. Si de creueris

FERIA QVARTA

creueris saluare nos, cōtinuo liberabimur. Tu enim domine fecisti cœlum & terram, & quicquid cœli ambitu continetur, Tu es dominus omnium, & non est qui resistat maiestati tuæ.

Diuinam oraturus agnoscat potētiam. ¶ Hic diuinam Mardocheus agnoscit & veneratur potentiam. Quis enim auxilium dei imploret, nisi qui ipsius potentiam & credit & confitetur? Nō est, inquit, qui tuæ possit resistere voluntati: Ergo si decreueris saluare nos, continuo liberabimur. Nam his maiora fecisti. Fecisti enim cœlum & terram, & quicquid cœli ambitu continetur. Hanc sanè potentiam cognoscebat, qui ait: Domine si vis, potes

Mat. 8. Ibidem. me mundare. Et rursus alius qui dicebat: Domine nō sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Sed ille dubius fuisse videtur qui

Mar. 9. Fides im- ait: Si quid potes adiuua nos, misertus nostri. Denique cæcos illos dominus diuinitatis suæ potētia illuminaturus, interrogabat, dicens: Creditis quia hoc possum facere vobis?

Matt. 9. Iacob. 1. Mar. 6. Omnia enim possibilia sunt credenti. Quisquis autem hæsitauerit, non existimet quod sit aliquid accepturus à domino. Vndè (vt Marcus refert) in ciuitate sua Nazaret non poterat dominus virtutem yllam facere, nisi quod paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabātur propter incredulitatem eorum. Non poterat, inquit, quia non volebat, & hoc non ex impotentia, sed propter incredulitatem illorum.

¶ Circa secundum dicit:

Et nunc domine rex regum deus Abraham misere populo tuo, quia voluit nos inimici nostri perdere, & hereditatem tuam delere ne despicias partem tuam quam redemisti tibi, sed exaudi deprecationem nostram, & propitius esto sorti & funiculo hereditatis tuæ.

Humana miseria diuinam prouocat misericordiā ¶ Hic allegat & complorat suas & populi sui miseras, vt humana miseria diuinam prouocet misericordiam: Abyssus enim abyssum inuocat. Hoc est, abyssus nostræ miserie inuocat abyssum cœlestis misericordiæ. Inuoca me, inquit, in die tribulationis: eram te, & honorificabis me. Nonnunquam enim nos dominus angustiis irretiri permittit, vt & miseriam nostram humiliter agnoscamus, & ad dei misericordiam

fericordiam humilitati cōpellamur habere refugium. Volunt, inquit, nos inimici nostri perdere, siue dæmones tandem hi fuerint, siue homines prauī, quorum tamen voluntas iniqua est (volunt enim nos perdere) non tamen nisi iusta potestas. Nam velle malum, in illorum arbitrio situm est: posse verò, in manu Dei.

¶ Volunt, inquit, & hereditatem tuam delere. Credentes in Christum hereditas ipsius sunt, iuxta quod ad eum loquēs pater ait: Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatē tuā. Et iterum: Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius. Quia ergo voluit hereditatē tuā delere, ne despicias partem tuam quam redemisti tibi: id est vt tua esset. Itaque ne sinas illam ab eis deleri, hoc enim in tuam vergeret iniuriā, si illi auferrent quod tu redemisti, non commercio vili, nō corruptibilibus auro vel argento, sed preciosæ mortis & sanguinis tui inæstimabili precio.

¶ Circa tertium dicitur:

Et conuerte luctū nostrum in gaudiū, vt viuentes laudemus nomen tuum: & ne claudas ora canentium te.

¶ Optata bona Mardocheus in Dei refert honorem & gloriam, dicens: Conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum, quasi dicat: Ideo vitam nobis seruari precamur, vt hæc nostra vita tuis deseruiat laudibus. Nam si nos deleri & interire permiseris, profectò claudentur ora confitentium & laudantiū te, & gloriabuntur inimici tui, se aduersum nominis tui confessores præualluisse, quod utique sine tui honoris detrimento fieri nō potest. Igitur etsi nos vita digni non sumus, dignum tamen est vt nomen maiestatis tuæ laudetur, & ab omni blasphemia vindicetur.

FERIA QUINTA

post Reminiscere.

O vnicuique iuxta viam suam.

¶ Ex hac lectiōe tria nobis innotescūt. Primum est, quā sit exitiosa in seculi rebus derelicto domino cōfidentia. Secundum, quā sit vtilis in Dei pietate fiducia. Tertiū, quā sit metueda diuinæ inspectionis cēsura. Primum, à principio lectio-

*Fideles
hereditas
tem Christi
sibi esse.*



Jerem. 17

FERIA QUINTA

lectionis. Secundum, ibi: Benedictus vir qui confidit in domino. Tertium, ibi: Prauum est cor hominis.

¶ Circa primum dicitur:

Hæc dicit dominus Deus: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem, brachium suum: & à domino recedit cor eius.

In peccato duo esse

¶ Vbi tota peccati ratio comprehensa notatur. Nam quum dicit: Maledictus homo qui cōfidit in homine & ponit carnem, id est, hominem mortalem, aut rem aliam fragilē & perituram, brachium suum, id est fortitudinem suam, spem suam, refugium suum, delicias suas: quum inquā hoc dicit, designat peccatoris detestabilem ad vanitates conuersionem. Quum autē subiungit: Et à domino recedit cor eius, tangit exitiosam ipsius à Deo auersionem.

Esa. 30.

¶ Sed vā filij desertores dicit dominus, vt faceretis consilium & non ex me: & post pauca, Qui ambulatis vt descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciā in vmbra Aegypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbrae Aegypti in ignominiam. Per Aegyptum mysticē seculum hoc, & per fortitudinem Pharaonis, vana mortalium opitulatio designatur. Sed vā filiis desertoribus, qui inconsulto atque neglecto domino, in rebus vanis spem suam constituunt.

¶ Vā, inquit, filij desertores. Similes desertori vltimo plectendus supplicio legibus venit: quantò magis ipsius imperatoris filij desertores à signis suæ militiæ ad hostes deficiētes? Qualis autē futur⁹ sit huiuscemodi desertor Dei, & vanitatū huius mūdi sectator insinuatur, quū subiūgitur:

Erit enim quasi miricæ in deserto, & nō videbit quū venerit bonū, sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis & inhabitabili:

Peccator miricæ cōparatur.

¶ Erit, inquit, quasi miricæ in deserto. Quid sit mirica palam est. Est enim copiosa, breuis, sterilis, ad scoparum materiem tantum, & pōst ad ignis nutrimentum utilis. Quæ omnia reprobis, & in huius seculi vanitate fidentibus conueniunt. Copiosi sunt enim. Quia vt Salomon ait: Stultorum infinitus est numerus. Steriles proinde sunt, quia dignos pœnitentiæ fructus non producunt. Breues sunt, quia

Eccle. 1.

in terrenis & carnalibus reb⁹ semper depressi, per spem & amorem ad cœlestia non assurgunt. Denique scopis conficiendis vtilis, quia (vt scilicet Augustinus ait) nemo putet homines malos in hoc mundo esse ociosos, & de illis nihil boni facere Deum. Omnis malus ideo viuuit, aut vt corrigatur, aut vt bonus per eum exerceatur. Quum autem scopia vsu pettrita fuerit, pabulum ignis efficitur. Vndè & de reprobis electos Dei in hac vita exercitantibus, sub nomine Assur per Prophetam dicitur: Vt Assur, virga furoris domini & baculus ipse est. Filio castigato placatus pater abicit virgam in ignem. Sequitur:

¶ Et non videbit quum venerit bonum. Hoc est, Non intelliget nec agnoscet in se collata diuinę munificentię dona: nec rursus intelliget cœlestis gratiæ instinctus qui neminem omnino praterirent, sicut scriptũ est: Super quem non surgit lumen illius? Lucet quippe sol; & pluuia descendit etiam super miricas deserti. Nō etiam aduertit diuinę legis alloquium. Nam vt Sapiens ait: Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiã. Denique non intelligit quid in creaturis Dei nutus innuant. Prater eã non renouatur spiritu mentis suę, non refloret post ariditatem, non reuertet à spiritualis hyemis deformi sterilitate, sed ad modum eius, quæ contra vetitum retrospectiua in lapidem versa est, & hic obduruisse videtur. Non ergo videbit quum venerit bonum. Vndè & alio loco per eundem dicitur: Transiit mœsis, finita est ęstas, & nos saluati non sumus. Resipiscunt nonnulli occurrentium per annum sacrarum solēnitatum diuinis mysteriis excitati, hic verò non videbit quum venerit bonum. Sequitur:

¶ Sed habitabit in siccitate in deserto in terra falsuginis & inhabitabili. Nimirum in siccitate habitabit per defectum irrigui gratiæ cœlestis, quæ super eum veniens non manebit, sed defluit. In deserto habitabit propter defectum operationis bonę, & culturę hominis interioris. In terra falsuginis, per indocilitatem & pertinaciam proprii sensus. Nam plus nimio salitus ille dicitur qui sapiens apud semetipsum, nec persuaderi, nec corrigi potest. Vndè Salomon ait: Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem habebit insipiens. Denique in terra vel loco inhabitabili, subaudi demorabitur, per angustias & tædia inter-

*Homini-
bus malis
vt Deus
vitiatur.*

Esai. 10.

Iob. 25.

Ectle. 22.

Gene. 19

Iere. 8.

*Siccitas
myst.
Desertum*

Prou. 26.

Acto. 8.

internæ amaritudinis, sicut per Apostolum Petrum ad Simonem Magū dicitur: Non est tibi pars, neque fors in sermone isto, quoniam in felle amaritudinis & in obligatione iniquitatis video te esse.

¶ Circa secundum dicit:

Benedictus homo qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorē mittit radices suas, & non timebit quum venerit æstus.

*Quam sit
utile cōfi-
dere in
domino.*

¶ Hic ostenditur quam sit utilis in Dei pietate fiducia. Unde & per alium Prophetā dicitur: Qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum. Qui rursus ait: In domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? Superbi & vani homines vt passer leues, citò à domino recedentes ad alta demigrant, ambulantes in mirabilibus super se: sed fidelis quisque in Deo confusus, tametsi interdum spiritus potentem habentis super ipsum ascēdat, locū tamen suum nō dimittit. Porrò sola huiuscemodi in Deo fiducia potest saluare, vndè cuidā per Ieremiam à domino dictum est: Erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam.

Eccle. 101

Iere. 39.

*vir iust⁹
legno vi-
renti cō-
paratur.*

¶ Erit, inquit, quasi lignū quod transplantatur super aquas. Transplantatur enim quasi arbor qui verè confidit in domino per veram à peccatis suis ad dominum conuersionē, firmiter radicatur per propositi melioris constantiam, floret per vltioris profectus desyderia. Fructificat per probos mores & opera sancta, dans fructum suum in tempore suo. Nec mirum, quia transplantatur super aquas. Lignum quippe quod plantatum est secus decursus aquarū, dabit fructum suum in tempore suo. Sicut autem superius per siccitatem carentiam gratiæ cœlestis accipimus, ita & per has aquas, ad quarum humorē vir iustus (quasi lignū) mittit suæ fidei & voluntatis radices, & Dei gratiam intelligimus, quæ nos spiritualiter virere & viuere, & sanctis florere desyderiis, & operibus piis fructificare facit.

Sequitur:

¶ Et non timebit quum venerit æstus. Per æstum potes intelligere vel reproborum persecutionem, vel etiam quantumcunque siue à diabolo, siue à carne venientem tentationē.

Scilicet

Sed hunc æstum non timebit qui super aquas transplantatus est. Vndè vir sanctus de semetipso loquens ait: Radix mea aperta est secus aquas, & ideo in nidulo meo moriar, inquit. Hinc Salomon ait: Radix iustorum proficiet. Ecòtrario verò de impio scriptum est: Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terram radicem suam. Sequitur:

Iob. 29.

Prou. 12.

Iob. 15.

Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis nõ erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum.

¶ Per folium hoc loco non incongruè sermonem viri iusti accipimus, quomodo per fructus opera. Vndè & ficulnea secus viam quæ fructus non habebat, sed folia tantum, eos significabat qui fructum pietatis non habentes, de solo legis sermone sibi placebant, quasi de ornatu viridantium foliorum, quibus ipse dominus ait: Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorū longè est à me. Sit ergo sermo tuus utilis, & ad ædificationem, vt sis lignum cuius est folium viride. Itaque sermo tuus nõ sit inanis, sed aut instruat, aut moneat, aut consoletur, aut corripiat, & hoc quidè ad proximum. Ad Deum autem sermo tuus aut oret, aut gratias agat, aut laudet. Quoniam verò reproborum sermones in huiusmodi non exercentur, sed obmutescunt & silent, à bonis, meritò non virentibus sed squallentibus & arentibus foliis comparantur. Sequitur:

Matt. 15.

Sermo
qualis est
se debet.

¶ Et in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Semper enim gratiæ cœlestis irriguo fœcundatur. Vndè qui manet in me (ait dominus) & ego in eo, hic fert fructum multum.

Ioan. 15.

¶ Circa tertium dicit:

Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda, & probans renes qui do vnique iuxta viam suam, & iuxta fructu adinventionum suarum.

¶ Hic notatur quàm sit metuenda diuinæ inspectionis censura. Siquidem homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor, vndè totus valor hominis metiendus est. Est autem cor hominis prauum, quia sicut scriptum est) cuncta

1. Reg. 16

G

cogi.

FERIA SEXTA

Gene. 6. cogitatio cordis humani intenta est ad malum omni tē-
Gene. 8. pore. Et iterum: Sensus & cogitatio humani cordis in ma-
 lum prona sunt ab adolescentia sua. Illud autem cor pra-
Cor prauum. uum est, quod recedens à domino omnis boni fontē dereli-
Prou. 11. quit, de quo per prophetam dominus ait: Non adhæsit
Prou. 6. mihi cor prauum. Quia ut per Sapientem dicitur, abomina-
 bile Deo cor prauum. Et iterum: Homo apostata vir inuti-
Eccle. 36 lis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito
 loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tēpore
 iurgia seminat. Huic extēplō veniet perditio sua, & subito
 conteretur, nec habebit vltra medicinam. Hinc rursus per
 alium Sapientem dicitur. Cor prauum dabit tristitiam, vi-
 delicet & sibi ipsi & aliis. Et quia prauitas hæc in corde con-
 sistit quā maximē, cui⁹ secreta soli Deo perua sunt: ideo
 quum dixisset, prauum est cor hominis, addidit & inscruta-
 bile, quis cognosceret illud? quum nec ad plenū semetipsum
 vnusquisque cognoscat, dicente Apostolo: Sed neque me-
 ipsum iudico, qui autem iudicat me, dominus est, qui solus
 ad plenitudinem cognosceit. Et do, inquit, vnicuique iuxta
 viam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum. Iuxta
 viam suam, inquit, quo ad cordis electionem & inuen-
 tionem mentis, & iuxta fructum adinventionum suarum,
 & hoc quò ad opera quæ ex arcana cordis electione foras
 in opere prodeunt.

FERIA SEXTA

post Reminiscere.

Gene. 37



Ade, & vide, si cuncta prospera sint
 erga fratres tuos & pecora, & renū-
 cia mihi quid agatur.

¶ Historia presentis lectionis potest ad
 ædificationē duobus modis exponi. Vi-
 delicet literaliter, & allegoricē. Quo
 ad sensum literalem plana est. Et possu-
 mus ex ea quatuor ad morū ædificationē notare. Primò, ip-
 sius Ioseph amatā à patre sanctam innocentiam. Secundò, in
 ipso Ioseph præsciā futurorum sapientiā. Tertio eiusdem
 Ioseph ad patris iussione promptā obedientiam. Quarto,
 contra innocuum malē stimulatam fratrum inuidiam.

¶ Circa primum dicitur:

Ioseph

Ioseph quum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer.

¶ Hoc est, purus & impollutus, simplex & innocuus. Et quia sancta puritas dilectione digna est & honore, ideo dicitur consequenter: Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eò quòd in senectute genuisset eum. Et praesertim, quia ipsius sancta puritas solatio erat patri. Fecerat autem ei tunicam polimitam & talarem. hoc est, stamine ad decorem multicolore artificiose cõtextam, & ad talos vsque protensam, qualem nullus fratrum suorum habebat. Vnde patet quòd sicut ob prauitatem & malitiam vitiosus quisque despectione incurrit, ita quisquis innocuus est & virtuosus, amari meretur & honorari. Quisquis ergo amari cupit & honorari, studeat innocuè conuersationis & virtutis merito his sese dignum efficere.

*Ioseph
cur à pa-
tre præ-
cæteris di-
lectus.*

¶ Circa secundum, videlicet præsciam futurorum in sancto puero Ioseph sapientiam dicitur, quòd vidit somnia; utique præfaga futurorum quæ pura simplicitate fratribus suis enarrans ait: Audite somnium meum quòd vidit. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi cõsurgere manipulum meum & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Aliud quoque vidit somnium quòd narrans fratribus ait: Vidi per somnium quasi solem & lunam, & stellas vndecim adorare me. In quibus utique non vanis, sed futurorum prænunciis somniis puer sanctus à Deo & suo patre dilectus, quòd in illo dominus operatus erat, diuina luce irridiatus præiudic, sicut futuri probauerunt euentus.

¶ Siquidem futurum erat, ut ipsius in principatu terræ Aegypti consilia & opera (quasi suos manipulos) aliquando forent veneraturi, & ipsum prostrati adoraturi. Vnde etiam colligitur quòd quisquis veram & sanctam concupiscit sapientiam, is sollicitus sit in semetipso conseruare puritatē & innocentiam, quia in maleuolam animam nō introibit spiritus sapientiæ, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Transfert autem se isdem sapientiæ spiritus per nationes in animas sanctas, & vbique dignos se quærens circuit. Hinc Daniel, Ieremias, David, & alij plerique in ætate adhuc tenera sapientiam diuinitus accepisse leguntur.

*Quid som-
nia 10.
Ioseph por-
tederint.
Sapient. 2.
Sapient. 7*

*Ioseph
obediētia*

¶ Circa tertium quod est, ipsius Ioseph ad patris iussione[m] prompta obedientia, dicitur in litera. Quumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt oves in Sichem, veni, mitte te ad eos. Quo respondente, Præsto sum, ait: Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos & pecora, & renuncia mihi quid agatur. Missus de valle Hebron, venit in Sichem, inuenitque eum vir errantem in agro, & interrogavit quid quæreret. At ille respondit. Fratres meos quaeris. Indica mihi ubi pascant greges. Qui dixit ei: Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothaim. Exemplar obedientiæ puer iste sanctus pueris uniuersis, seruis nihilominus & subditis extitit, dum ait: Præsto sum. Sed non sic filij Belial, non sic vel parentibus vel maioribus obtemperare detrectantes vocati respondet. Unde vit sanctus quaeritur, dicens: Seruum meum vocaui, & non respondit mihi. Sed durum est eis contra stimulum calcitrare. Nam dum legitime detrectant obsequium obedientiæ, duplo iugum quod inuicti portant eis aggrauatur. Contra verò, beata fors omnis est, a quamilitatis tolerantis.

Iob 19.

*Fratrum
inuidiæ
causa.*

¶ Circa quartum nota quod propter duo aduersus sanctum Ioseph fratrum inuidia flagrauit. Vnum erat paternæ dilectio, alterum visio somniorum. De primo dicitur in litera. Videntes autem fratres eius quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. De secundo. Quum illis primum somnium enarrasset commoto iam felle exacerbati dicunt ei. Nunquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonum inuidiæ, & odij fomitem ministravit.

¶ Inuidebatur igitur ei fratres sui. Pater verò rem tacitus considerabat. Sed vide quoniam illos furor egit. Quum enim à patre missus (utique patris salutem ad eos, & rursus salutem eorum ad patrem perlaturus) ad eos veniret, & illi vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt eum occidere, & mutuo loquebatur: Ecce somninator venit. Venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem, dicemusque: fera pessima deuorauit eum, & tunc apparebit quid illi profint somnia sua. Ad quos Ruben: Non

inter-

interficiamus eum, nec effundamus sanguinem: sed proi-
cite eū in cisternā veterem, quæ est in solitudine, manūsq;
vestras seruate innoxias. Confestim igitur ut peruenit ad
fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita, &
miserunt eum in cisternam veterē, quæ non habebat aquā.

¶ Et quum sederent, & manducarent panem, viderunt Is-
maelitas negociatores venire de Galaad, & camelos cotū

*Venditur
Ioseph.*

portantes aromata, & resinam, & stactēm in Aegyptum.
Et consilio Iudæ vendiderunt eum Ismaelitis. Frater enim
(inquit ille) & caro nostra est. Quid proderit nobis si occi-
derimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem eius?

melius est vt venundetur. Distractus ergo aliquatenus vi-
uar. Serua viuum o inimica fraternitas, serua viuum quem
inuenias aliquando propitium. Extrahentes ergo eum de

Christus.

cisterna vendiderunt Ismaelitis vinginti argenteis. Qui du-
xerunt eum in Aegyptum. Tulerunt autem tunicam eius,

*mendacit
fratrum.*

& in sanguine hædi quem occiderant tinxerunt mittentes
qui ferret ad patrem, & diceret: Hanc inuenimus. Vide si tu-
nica filij tui sit, an nō. Quam dum cognouisset pater, ait: Tu-
nica filij mei est, fera pessima deuorauit eum.

Ioseph

¶ Porro Ioseph in Aegyptum ductus, & illic in seruum ve-
nundatus, quum triginta factus esset annorum post falsum
sibi adfixum crimea, post quā in carcere humiliauerant

*quanta
passus.*

in compedibus pedes eius, mox rebus diuino nutu mirum
in modum versis, ob compertam in eo sapientiam totius re-
gni moderationem accepit: & quemadmodum prius som-
nia sua portenderant, tandem à fratribus ipsius porentiam

*Ioseph su-
blimatur.*

anxiè trepidantibus & humi prostratis, adoratus est.

*Mali vt
diuinam*

¶ Sed quis in hac re diuinæ sapientiæ consilium sufficiat ad
mirari? Spectaculum sanè quale diuinam decet exhibere
sapientiam, summopere cunctis admirandum, quemadmo-
dum insipientes & maligni diuinæ voluntatis propositum

*contra se
promouēt*

eum impedire moliuntur innocui fratris venditione, ipsi
aduersus suam intentionem promouent. Vendiderūt enim

voluntatē

seruum quem super se regnare nolebant, ignorantes quod
is qui in seruum venundatus erat Ioseph, à seruitute & vin-
culis egressurus esset ad regnum Nec vnquam hunc fauo-
ribus & obsequio eouſque prouehere potuissent, quo hunc

odis suis prouexerunt.

¶ Vadè & nobis do umentum relinquatur, beatum fore
quisquis

quisquis ob innocentiam vitę sustinet persecutiones & odia malignorū, tantū ne hos oderit & ipse, aut malum reddat pro malo. Vtique de angustia iustus liberabitur, & tradetur impius pro eo. Promouebunt inuiti quem odiunt, sibi verò vincula frabricabunt. Nec cuiquam magis quā sibiipsis eorum odium nocebit.

Pro. 11.

Ioseph christi ty pū gēsit.

¶ Circa secundum principale, videlicet lectionis istius intellectum allegoricum considerandum est, quemadmodū in Ioseph Christi typus exprimitur, in quem si per allegoriam ea quę de Ioseph dicta sunt referimus, reperim⁹ in his p̄figuratam fuisse, Primò, Christi probatam à patre innocentiam. Secundò, ipsius venerandam sapientiam. Tertiò, promptissimam sub imperio patris obedientiam. Quorū, perpeffam ab Iudęis inuidiam.

Christi innocentia.

¶ Circa primum, videlicet probatam à patre Christi innocentiam dictum est, quòd Ioseph puęr pascebat gregem cum fratribus suis: hoc est, Christus ipse purus à peccato,

Ioan. 20.

mītis & humilis corde, cum suis discipulis quos utique fratres etiam post resurrectionis suę gloriam appellabat, pascebat panē vitę & intellectus. Euangelica scilicet doctrina, carnalium hominum turbas, quasi pecudum greges. Cuius utique innocentiam Baptista Ioannes palām testatur,

Ioan. 1.

dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Cui innocentię attestatur columba, id est ipse spiritus sanctus in columbę specie apertis cęlis super eum descendens. Et quidem mira congruitatē in specie columbę spiritus sanctus apparens super dei & hominis filium ad sanctę atque venerandę innocentię testimonium descendit. Nam sicut inter animalia gressibilia nihil est mansuetius neque innocētius agno, sic nec inter volucres columba, ut illius innocentiam designent, qui ut beatus Petrus ait: Peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. Super hęc autē, patris testimonium eidem adstipulatur quo ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Filius hic à patre plus cunctis fratribus amatur, in d̄ ipse vnus apud patre pluris habetur, quā cęlum & terra, & omnia quę in eis sunt. Et hoc quia in senectute, hoc est, in ipsa sua (quę in iūrio caret) eternitate hęc pater deus deū de se genuit. Porro secūdū eam quā pro nobis assumpsit humanitatē factus est ei

Lucę. 3.

in columbę specie apertis cęlis super eum descendens. Et quidem mira congruitatē in specie columbę spiritus sanctus apparens super dei & hominis filium ad sanctę atque venerandę innocentię testimonium descendit. Nam sicut inter animalia gressibilia nihil est mansuetius neque innocētius agno, sic nec inter volucres columba, ut illius innocentiam designent, qui ut beatus Petrus ait: Peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. Super hęc autē, patris testimonium eidem adstipulatur quo ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Filius hic à patre plus cunctis fratribus amatur, in d̄ ipse vnus apud patre pluris habetur, quā cęlum & terra, & omnia quę in eis sunt. Et hoc quia in senectute, hoc est, in ipsa sua (quę in iūrio caret) eternitate hęc pater deus deū de se genuit. Porro secūdū eam quā pro nobis assumpsit humanitatē factus est ei

I. petri. 2.

in columbę specie apertis cęlis super eum descendens. Et quidem mira congruitatē in specie columbę spiritus sanctus apparens super dei & hominis filium ad sanctę atque venerandę innocentię testimonium descendit. Nam sicut inter animalia gressibilia nihil est mansuetius neque innocētius agno, sic nec inter volucres columba, ut illius innocentiam designent, qui ut beatus Petrus ait: Peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. Super hęc autē, patris testimonium eidem adstipulatur quo ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Filius hic à patre plus cunctis fratribus amatur, in d̄ ipse vnus apud patre pluris habetur, quā cęlum & terra, & omnia quę in eis sunt. Et hoc quia in senectute, hoc est, in ipsa sua (quę in iūrio caret) eternitate hęc pater deus deū de se genuit. Porro secūdū eam quā pro nobis assumpsit humanitatē factus est ei

Lucę. 3.

in columbę specie apertis cęlis super eum descendens. Et quidem mira congruitatē in specie columbę spiritus sanctus apparens super dei & hominis filium ad sanctę atque venerandę innocentię testimonium descendit. Nam sicut inter animalia gressibilia nihil est mansuetius neque innocētius agno, sic nec inter volucres columba, ut illius innocentiam designent, qui ut beatus Petrus ait: Peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. Super hęc autē, patris testimonium eidem adstipulatur quo ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Filius hic à patre plus cunctis fratribus amatur, in d̄ ipse vnus apud patre pluris habetur, quā cęlum & terra, & omnia quę in eis sunt. Et hoc quia in senectute, hoc est, in ipsa sua (quę in iūrio caret) eternitate hęc pater deus deū de se genuit. Porro secūdū eam quā pro nobis assumpsit humanitatē factus est ei

Cur Christus à patre pl⁹ cū ctuametur Roma. 1.

in columbę specie apertis cęlis super eum descendens. Et quidem mira congruitatē in specie columbę spiritus sanctus apparens super dei & hominis filium ad sanctę atque venerandę innocentię testimonium descendit. Nam sicut inter animalia gressibilia nihil est mansuetius neque innocētius agno, sic nec inter volucres columba, ut illius innocentiam designent, qui ut beatus Petrus ait: Peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. Super hęc autē, patris testimonium eidem adstipulatur quo ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Filius hic à patre plus cunctis fratribus amatur, in d̄ ipse vnus apud patre pluris habetur, quā cęlum & terra, & omnia quę in eis sunt. Et hoc quia in senectute, hoc est, in ipsa sua (quę in iūrio caret) eternitate hęc pater deus deū de se genuit. Porro secūdū eam quā pro nobis assumpsit humanitatē factus est ei

est ei ex semine David in vltima mundi ætate.

¶ Tunica polimita quam illi fecit pater, ipsa est humanitas eius, in qua (vt Apostolus ait) habitu est inuentus vt homo. Hæc illum vestiuit virgo mater. Talem vestem nullus suorum fratrum (id est, hominum) vnquam habuit, quia alius nemo de matre virgine conceptus & natus fuit.

*Tunica polimita
quid
Philip. 2.*

¶ Circa secundum, videlicet venerandâ Christi sapientiam dicit Apostolus Christum esse dei virtutem, & dei sapientiam. & rursum alibi dicit, In ipso omnes thesauros sapientiæ & scientiæ dei esse absconditos, quæ nimirum diuina in Christo sapientia, & rerum omnium non modò quæ fuerunt & sunt sed etiam quæ postmodum erunt notitia, in illis sancti Ioseph propheticis somniis significabatur. Nam ea quæ ille in se complenda præfaga mente somniauit, longè verius atque perfectius in se verificanda dei filius qui fuit heri & hodie & in secula, ab æterno præuidit.

*Christi sapientia.
1. Cor. 1.
Coloss. 2.*

Hebr. 13.

¶ Manipulus enim quem Christus ex agro mundi huiuscollegit, ecclesia credentium est, ex gentibus & Iudæis collecta, & charitate (quæ est vinculum perfectionis) colligata. Iste manipulus hæc credentium collectio, ecclesia ista, contra portas inferi in fide & vnitate spiritus perseverans persistit inuicta, quæ nec tyrannorum grassantium persecutionibus violentis, nec hæreticorum fallaciis, nec diabolicis insidiis vnquam potuit aut poterit superari.

*Manipulus
Christi
Coloss. 3.
Matth. 16*

¶ Porrò conuenticula & colligationes impiorum, qui conuenerunt aduersus dominum, & aduersus Christum eius & coniuuantium sectæ hæreticorum, & vniuersa satanæ synagoga, ruunt in perditionem. Non plantauit illas pater. Omnis autem plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis (ait dominus) eradicabitur.

*Colligationes impiorum
ruunt*

Matth. 15.

¶ Adorât autem manipulum Ioseph manipuli reliquorum quia sicut dicit Psalmista ad Christum loquens: Venient ad te qui detrahebant tibi, & adorabunt vestigia pedum tuorum.

*Manipulus
Ioseph adoratur.*

¶ Somniauit proinde nõ vanè, imò præsciuit noster Ioseph solem & lunam & stellas vndecim adorare se, quoniam vt dignum est, adorant eum & angelicæ splendor gloriæ, quasi sol, & in cœlo triumphans ecclesia sanctorum, quasi luna, & innumera per orbem terrarum fidelium multitudo, quasi stellæ. Deus enim dedit ei nomen quod est super

*Sol luna
& stellæ
-12.*

Philip. 2.

omne nomē, vt in nomine Iesu, omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum.

*Christi
Obedientia.*

¶ Circa tertium quod est promptissima Christi sub imperio patris obedientia, in figura dictum est, quod cum fratres Ioseph in pascendis gregibus morarentur in Sichem,

Roma. 8.

spondit: Præsto sum. Vbi homines Christi fratres appellantur, præsertim electi. Placuit enim illi, vt sit ipse primogenit^{us} in multis fratribus. Hi greges id est, pecuales suas affectiones laboribus magnis pascebant, hoc est, in Sichem, quod interpretatum, labor dicitur. Nec mirum si huiuscemodi desideria pascebant. Non enim ante Christi aduentum alia nouerant bona quam ea quæ corporis sensibus perficiuntur. Et quoniam hæc bona cum difficultate magna & laboribus quærantur: ideo in Sichem quod (vt iam dictum est) laborem significat, fratres Ioseph pasceri greges memorantur.

Luce. 5.

¶ Missus autem est, si diligenter aduertas, non solum fratres suos, sed etiam pecora visitare, quia non tantum iustos saluare venit, sed potius vocare peccatores ad penitentiam. Missus itaque de valle Hebron, id est, ab æqualitate patris (Interpretatur enim Hebrō visio sempiterna) & ab humilitate virginis matris secundum naturam assumptam, quæ propter humilem de sese opinionem, non incongruè vallis dicitur. Venit in Sichem, id est, in huius vitæ mortalis erumnas & labores.

Vir inuenit Ioseph errantem.

1ere. 14.

¶ Et inuenit eum vir errantem in agro, qui interrogauit eum quid quæreret. Vir iste propheticus sermo est, cum grandi admiratione interrogans; & dicens: Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum, & quare futurus es quasi vir vagus & fortis qui non potest saluare? Quæsiuit ergo fratres suos, vt videlicet salutis à patre transmissæ internuncius esset. Quæsiuit eos quomodo pastor ouem quæ perierat, quomodo pius medicus quos sanet ægrotos, & vt fidelissimus patronus & aduocatus quos deo reconciliet reos. Hos inquam, quæsiuit sedulè siue quum in deserto ieiunaret, siue quum turbas doceret, siue quum diuinitatis suæ potentiam in miraculis ostenderet, siue cum Iudæorum blasphemias & calumnias suffere-
rens semetipsum pro nobis traderet oblationem & hostiam deo

Mat. 4.

Mat. 5.

Ephes. 5.

deo in odorem suauitatis.

¶ Inuenit autem eos in Dothaim, quod interpretatur defectio. Reperit quippe genus humanū in defectibus multis, siquidem gratia deficiebat & gloria, deficiebat veritas, iustitia deficiebat, dicēte propheta: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti: non est qui faciat bonum non est vsque ad vnum, &c. quæ sequuntur. Et vndè rursus per Osee dicitur: Non est veritas, non est misericordia, non est scientia dei in terra. Venit ergo ad nos dei filius plenus gratia & veritate, plenus misericordia & charitate, afferens nobis iustitiam nouam, non operum, sed fidei, de qua Apostolus quum præmisisset quòd ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram deo, secutus adiunxit: Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eum. Rursus, in Dothaim, id est, in defectu fratres quæsitos inuenit, quia morte sua nos acquisiuit. Vndè per prophetam ait: Defecit in dolore vita mea. Et vndè iterum ait: Videte vniuersi si est dolor similis sicut dolor meus.

¶ Circa quartum perpessam videlicet ab impiis inuidiam & persecutionem, aduertendum est Iudæorum principes propter illa duo in Christi odium exarsisse, propter quæ in nocuum & sanctum Ioseph fratres sui oderunt. Vnum erat paterna dilectio, alterū visio somniorum. Videbant peccatores & irascebantur, dentibus fremebant & tabescebant, quòd Christus à patre cælesti plus cunctis amaretur. Vndè veritatem confessus eorum vnus ait: Scimus quia à deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Ex operibus enim quæ dederat ei, pater, palàm apparebat quòd filium pater diligebat sicut ipse ait: Pater in me manens, ipse facit opera. Hæc opera Iudæi videbant & inuidebant. Hinc oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Hinc eorum aduersus dominum & aduersum Christum eius calumniæ & contumeliæ, hinc opprobria & blasphemix proruperunt.

¶ Alterum quod in Iudæis contra dominum inuidiæ & odij fomitem ministravit, erat visio & prænnunciatio non incerta futurorum: vt (verbi gratia) vbi ait: Auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Rursum

Dothaim

Osee. 4.

Quo fru-

ctus Chri-

stus venit

Roma. 3.

Thren. 2.

Hinc in

das Chri-

stum ode-

runt.

Ioan. 3.

Ioan. 14.

Mat. 21.

IOAN. 8. Rursum, quum eis quis ipse esset, aperiens dicebat: Ego principium qui & loquor vobis. Sed loquor vobis, inquit, & nō creditis. *IOAN. 10.* *IOAN. 8.* Attamen nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.

¶ Itaque propter eorum incredulitatem, futuram eorum reprobationem, & impia gentis excidium & superuenturas calamitates asseueratione certissima prædixit. Dixerant fratres Ioseph: Nunquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ? Non secus Iudæi de Christo: Nolumus, inquit,

LUCA. 19. hunc regnare super nos. Et iterum: Non habemus regem nisi Cæsarem. Cogitauerunt ergo illum occidere dicentes;

IOAN. 11. Videtis quia nil proficimus: ecce mundus totus post eum abit. Et iterum: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, vadè tandem vel inuiti huic parere compellemur: expedit ergo vt moriatur. Cogitauerunt vtique, & loquuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelsis loquuti sunt, dicentes: Venire, occidamus eum, & tunc apparebit quid profuerit illi somnia sua. Confidit in deo, liberet eum nunc si vult.

MAT. 27. ¶ Cisterna vetus in quam est missus, est ipsa mors in quam *cisterna* *vetus.* genus humanum aquarum more defluxit ab intio, & defluere non cessat. Rursum per hoc quod reperitur, quod miserunt Ioseph in cisternam veterem quæ non habebat aquam, intelligi datur quoddam Christi corpus mortuum in sepulchrū, anima verò descendit in infernum: qui dicitur, cisterna vetus in solitudine, quoddam longo distet intervallo à regione viuorum: & aquam, id est, refrigerium de spe gloriæ in damnatis non haberet.

TECHNA IUDÆORUM. ¶ Dicemusque, inquit, fera pessima deuorauit eum. Hęc *techna*, Iudæorum mendacia in Christi morte figurabat.

IOAN. 18. Mentiti quippe sunt dicentes se Christum non interficere, sed Pilatum. Nobis, inquit, non licet interficere quemquam. Quum tamen mox postea à interfectionis Christi scelus in se susciperent dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

MAT. 27. Rursum mentiti sunt aduersus Christum *LUCA. 23.* dicentes: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidisset eum. Ad hoc autem Pilato dominum tradebant, vt sciret pessima, id est, imperij Romani potentia (quæ illos iuxta Danielis vaticinium comederat & comminuerat, & reliquias eorum pedibus erat conculcatura) Christum domini morte deuoraret. Denique vel tunc maximè mentiti sunt,

DANIE. 7. *Fera pessima* *ma*

& mentis

& mentita est iniquitas sibi, quando multæ pactione pecuniarum sepulchri dominici custodibus corruptis falsum illorum testimonium redemerunt, ut dicerent: Nobis dormientibus furati sumus illum discipuli eius. O testes robustos, qui de his rebus perhibent, quæ stertentibus ipsis gerebantur.

Matt. 28.

¶ Ineptum sanè mendacium, & ridiculum testimonium multæ precio pecuniarum à stultis & malignis redemptum. Porro insatiabile Iudæorum contra dominum declarat odium, quod non suffecerat occidisse, sed insuper & resurgentis gloriam quam vel iniuri à custodibus audierant obumbrare, & emptis mendaciis abscondere satagebant.

Mendacium pecuniarum emptum

¶ Sed ad nostrum Ioseph redeamus. Nudauerunt, inquit, eum fratres sui (id est, Iudæi de quorum gente humanam naturam assumpserat) animam eius per mortem corpore quasi vestimento suo spoliauerunt, miseruntque eum in cisternam veterem quæ non habebat aquam, quia (ut dictum est) corpus ipsius mortuum in sepulchrum, anima verò ad inferna descendit. Quod autem fratres Ioseph non occiderunt, illud utique portendebat, quod Christi diuinitatem Iudæi nequaquam vel lædere vel extinguere potuerunt. Et licet humanitatem eius occiderunt, non tamen ad mortem, sed ad resurrectionis securæ gloriam, & ad mundi vitam mors illa fuit.

Quod Ioseph nuda uerunt.

¶ Porro Ismaelitæ aromata, & resinam in Ægyptum ferentes, qui acceptum Ioseph illuc tulerunt, apostolos sanctos uiuificum Christi odorem, & baptismi salutaris medicinam in nationes gentium circumferentes, & prædicatione sua colendum & adorandum per orbem terrarum Christum annunciantes significant.

Ismaelita negotiatores quid.

¶ Tunica verò Ioseph in sanguine tincta, quam pater miseram agnouit, Christi humanitas est, proprio suo sanguine rubricata, quæ etiam angelicæ virtutes in ipsius in cælos ascensione admirantes, quare inquit rubrum est indumentum tuum. Hanc fidelis quisque fert ad patrem, quum per intercessionem effusi sanguinis, & mortis Christi clementiam patria suppliciter interpellat. Vide, inquit, si tunica filij tui sit, an non, pro nobis utique tuæ reconciliandis maiestati conscissa. Quam pater misericordiarum agnoscens: Tunica, inquit, filij mei est.

Tunica Ioseph quid

Esaiæ. 63.

Quis hæc fert ad patrem.

SABBATO POST

Reminiscere.

Gen. 27.



Iacob & Esau in utero pugnant.

Gen. 25.

Esau vendidit primogenita

Ius primogenitæ.

Mos hominum carnalis.

Enedixit ei, & erit benedictus.

¶ Lectio ista tripliciter potest exponi. Primò, historicè seu literaliter. Secùdò, allegoricè. Tertio moraliter siue tropologicè. Circa primum, videlicet intellectum literalem attendendum est quem admodum mater Rebecca compugnans

in utero geminos portabat, dictumque est illi oraculo cœlesti: Duo populi ex utero tuo diuidentur, & maior seruiet minori. Porro quum ex utero eius gemini nascerentur minor tenuit plantam maioris, quæ fuerunt præfagia futurorum. Dissimiles quippe vita fuerunt fratres isti sicut & in natiuitate dissimiles apparuerunt. Nam qui primus egressus est, rufus erat: & totus in modum pellis hispidus, videlicet Esau: qualis nõ erat alter. Quibus adultis, factus est Esau vir gnarus venandi & cautus agriculor, Iacob vir simplex habitabat in tabernaculis.

¶ Accidit autem vt quadam vice Esau ex agro domum rediret, & coxisset Iacob lenticulam in cibum sibi. Cui Esau: Da mihi, inquit, de coctura hac rufa, quia oppido lassus sum. Cui dixit Iacob: Vende mihi primogenita tua.

¶ Erat tunc iuris primogenito fratrum suorum dominari, nõ quidẽ vt illis quasi seruis vteretur, sed quod illis iure primogenituræ quasi generositate quadã non parua, præmineret. Rursum primogenitorum erat fungi munere sacerdotali, quòd vtique nõ mediocris erat honoris & dignitatis. Præter hæc, duplicem paternæ substantiæ portionem primogeniti accipiebant. Denique ius aliis benedicendi non nisi primogenitis cedebat. Hæc prudens Iacob attendens intelligensque diuino nutu primogenita sibi deberi Vede, inquit, mihi primogenita tua. Cui ille respondit, En mortor: & quid mihi proderunt primogenita? Hæc enim carnalium hominum mos est, vt nisi confestim quæ concupiscunt obtineant, voluptatibus suis, vel ad tempus fraudari, mortẽ esse clament quasi dicant: Morimur & enecamur, si rebus concupitis frui non datur & quid proderunt reliqua omnia Siquidem pro minimo ducunt amittere dei gratiam in præ

seni

fenti, & promissam gloriam in futuro. Itaque sub attestatione iurisiurandi Esau primogenita sua Iacob fratri suo vendebar.

¶ Quum autem post hæc senuisset pater, & caligarent oculi eius, & appropinquaret tempus eius ut moreretur, vocauit filium suum Esau, & dixit ei, Vides quòd senuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetram & arcum, & egredere foras. Quòmque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti: & affer vt comedā, vt benedicat tibi anima mea antè quàm moriar. Quod quum audisset Rebecca mater, & ille abiisset in agrum vt iussa patris impleret, dixit filio suo Iacob, Audiui patrē tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & huiuscemodi mandata dantem. Nunc ergo fili mi, acquiesce sermonibus meis, & pergens ad gregem affer mihi duos hædos optimos, vt faciā ex eis escas patri tuo quibus libenter vescitur: quas quum intuleris & comederit, benedicat tibi prius quàm moriatur.

¶ Quòmque ille timere se diceret, ne fortè atrectās eum pater tactu deprehenderet nō esse Esau: quum ille pilosus, ipse lenis esset, & induceret super eum maledictionē pro benedictione: securum hunc reddidit mater, dicens: In me sit ista maledictio fili mi, tantū audi vocem meā, & pergēs ad gregē affer quæ dixi. Abiit, & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos sicut velle nouerat patrem illius. Et vestibus Esau valde bonis quas apud se habebat domi, induit eum. Pelliculāsque hædorum circumdedit manibus, & collinuda protexit. Deditque pulmentū, & panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis quū pater interrogasset quis es tu, inquit fili mi: & ille respondisset, ego inquit sum primogenitus tuus Esau, feci sicut præcepisti mihi. Ait pater:

¶ Accede huc vt tangā te fili mi, & probem verū tu sis filius meus primogenitus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, & palpato eo dixit pater: Vox quidem, vox Iacob est, manus autem manus sunt Esau. Et adiecit tandem post quàm filium palpasset. Accede ad me, & da mihi osculum fili mi. Accessit, & osculatus est eū. Statimque vt sensit vestimentorum eius fragrantiam, ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini,

Iacob
fraude
patris ob-
tinet be-
nedictio-
nem.

& olei: seruiāt tibi populi, & adorent te tribus. Esto domi-
nus fratrum tuorum, & incuruetur ante te filij matris tuæ.

¶ Vix Isaac pater sermonē cōpleuerat, & ecce Esau de venatione reuersus quū patri coctos cibos inferēs: ad manducandū hunc hortaretur, postularētq; paternā benedictionem, interrogat pater quisnā ipse esset. Qui quum respōderet, Ego sum filius tuus primogenitus Esau, expauit Isaac stupore vehemēti, & vltra quā credi potest admirans ait: Quis igitur ille est qui dudū captā venationē attulit mihi, & comedi ex omnibus prius quā tu venires? Vidit quippe in spiritu hoc factū esse à domino, & pię fraudis mysteriū intellexit. Vndē nec iratus est, sed quod actū erat, cōfirmās ait: Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionē tuā. Benedixitq; ei, & erit benedictus. Quibus Esau auditis irrugiit clamore magno, & consternatus ait: Benedic etiā & mihi pater mi. Quūque eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum. In pinguedine terræ, & in rose cœli desuper erit benedictio tua.

¶ Vbi aduertendum est, quòd Isaac benedictionem primogenito debitam nequaquam iniuste surripuit: sed sibi debitam cōsilio matris accepit. Nam venditum primogeniturę ius (cui benedictio pariter erat annectenda) à fratre pro lentis edulio sibi comparauerat. Patet itaque quòd fratres isti discordes fuerunt in vtero, dispares vitę merito, & omnino dissimiles in præmio meritorum.

¶ Circa secundum, id est, huius historię allegoriam aduertendum est, quòd typo istorum duorum fratrum, quorum alter ad venandum mittitur vt benedicatur: alter per suppositionem matris à patre benedicatur: duo populi, Iudaicus scilicet & Gentilis, exprimuntur. Porrò Isaac cuius persona Deus ipse datur intelligi, maiore filij venatione vesce cupit: quia videlicet omnipotens Deus Iudæorum bona operatione pasci voluit, sed illo tardante, minorem Rebecca supponit. Quia dum Iudaicus populus bona opera foris querit, gentilem mater gratia introduxit, vt Deo patri cibū boni operis offerret, & benedictionem maioris acciperet. Cibis autē Isaac ex domesticis animalibus præbuit: quia gentilis populus Dei notitia per fidē accepta, de exterioribus sacrificiis Deo placere non querens dicit: In me sunt Deus vota tua quę reddam laudationes tibi.

*Datū Ia-
cob bene-
dictionē
cōfirmat
pater.*

*Horū fra-
trum ty-
po qui de
signatur.*

¶ Est

¶ Erat Esau vir gnarus venandi, & homo agricola. Iacob autem vir simplex, & habitabat in tabernaculis. Nam populus ille Iudaicus per sola exteriora legis opera Deo seruiuit, & sola terrena quærendo bona, quasi terram duntaxat, non cælum coluit. Iacob verò, id est, credentium populus simplex & domi consistens in spiritu magis quàm in exterioribus placere Deo quæsiuit. Iacob brachia, manus & collum hœdinis pellibus texit, quia ritu legis pro peccato solet hœdus offerri. Et gentilis populus dum se peccatorem confitenti non erubuit, carnis in se peccata maculauit. Qui rursus vestimentis maioris induitur, quia sacræ scripturæ præceptis, quæ maiori populo data sunt, in operatione bona vestitur. Et eis minor in domo vitur, quæ maior foras exiens reliquit intus. Denique vestem duplicem populus ille maior habuit, ceremonias scilicet & moralia. Primam vestem semper secum fert, siquidem literæ insitit, quasi corticem rodens. Alterum verò domi reliquit, quia mater gratia seu ecclesia, gentilem populum ornauit. Dedit autem Rebecca mater pulmentum, & panes quos coxerat Iacob: quia gentili populo ad fidem conuersa opera poenitentia & intelligentiam verbi Dei, quasi panem & pulmenti condimentum mater ecclesia contradidit.

Gene. 12.

¶ Circa tertium, id est tropologiam, siue moralem horum quæ dicta sunt intellectum (quo nimirum in moribus ædificamur) aduertere est duorum istorum figuram fratrum, & dei cultores pios, & huius seculi sectatores iniquos & impios designari. Alter venator & agricola: alter domi consistens vir simplex fuit. Ille foris vana venatur, iste intus collectus & quietus, quasi intra domum securus conuersatur. Ille agricola, id est, cautus terræ cultor extitit, iste vir simplex, non multarum atque transeuntium rerum, sed vnus veri atque summi boni amatores significat. Qui & ipse preciosam patris benedictionem, consilio matris acquiescens obtinuit.

Expositio
moralis.

¶ Sed matris huius consilium operæ precium est advertere. Nam forsan & nobis, si volumus, vtile erit. Pergens, inquit, ad gregem, id est peccatorum tuorum multitudinem, affer duos hœdos. Quibus humiliati & contriti cordis compunctionem, & oris confessionem possumus intelligere. Qui hœdi etsi ab hirco utique patre scetido, & matre non oue, sed capra, id est, à dæmonis instinctu & culpa, & scelerum

Hæc offe
rat poenit
sent.

Ierum dedecore nascantur, ex iis tamen cibus summo patri gratissimus offertur modò tamen hùc gratia mater & ecclesiæ fides sanctæ charitatis igne parauerit.

*vestes co-
ram Deo
redolētes
Prou. 16.*

¶ Induit autem eū maioris fratris qui foris erat, vestimentis valde bonis, quia gratia mater fideles quosque mystico scripturarū sensu quas Iudæi carnaliter duntaxat accipiūt, sapienter erudit. Quòd filij collum, manus, & brachia herodinis pellibus textit: quid aliud est, nisi quòd iustus in principio accusator sui, peccatorem se vndique recognoscit?

*pulmentū
moraliter*

¶ Accepit Iacob quæ offerret patri, panem & pulmentum, quia nimirum pœnitens quisque panem lachrymarum, & spem veniæ, quasi pulmentū ab ecclesia matre doctus, pro benedictionis supernæ consecutione offerre summo patri non desistit. Bene autem pulmenti typo veniæ spes intelligitur. Nam quomodo sine pulmento panis minus sapiendus est, ita & sine spe veniæ quantumcunque de peccatis dolor, & opera pœnitentiæ quæcunque sint illa, nequaquam profunt. Hæc enim duo pariter offerri debent, dolor seu labor pœnitentiæ, & consequendæ spes remissionis.

*Benedicē
dus quid
facere de.
beat.*

¶ Surge, inquit, intenta prece, Dei clementiam implorans, & exurge, quare obdormis domine, & comede de venatione mea, & benedicat mihi anima tua. Opera siquidem pœnitētis, quibus placere Deo cupit, quodam modo venatio sunt à diaboli faucibus erepta.

¶ Ait autem pater, Accede huc vt tangam te, & probem vtrum tu sis filius meus, an non. Acceditur ad patrem per veram resipiscentiam, & totalem sui ad dominum conuersionem. Tangens autem pater, filios probat experimento: quia (vt Apostolus ait) flagellat omnem filium quē recipit. Itaque in disciplina perseuerate, tanquam filiis se vobis offert Deus. Quo palpato dixit pater: Vox quidem, vox est Iacob, manus autem manus sunt Esau. Ac si dicat, delictorum confessio, & si peccatoris vox sit, humiliatio tamen & pœnitentis opera, iustum ante me testantur.

Luc. 15.

Matth. 6.

¶ Sed hoc prætereundum non est, quòd interrogans de persona, pater dicit: Quis es tu fili mi? In hoc enim mira Dei benignitas erga peccatorem declaratur. Quum enim dicit pœnitens: Non sum dignus dici filius tuus, ipse tamen filium nominat, dicens: Quis es tu fili mi? Et alibi peccatorem alloquens, filium hunc vocat, dicens: Confide fili, remittantur

tuntur tibi peccata tua. Hinc est illa vox ipsius ad ingratos & modicę fidei, quibus iam diu pepercerať, paratus & hos redeuntes ad se recipere. Amoddò voca me pater meus qui verè erga te benigni patris affectum ostendit. Ego (inquit ille) sum Esau, id est, hispidus, durus, & pilosus, peccatis plenus, qui peccavi in cœlum & coram te, nec dignus sum dici filius tuus, sed fac me obsecro sicut vnum ex mercenariis tuis. Itaque si confitendo veritatem, peccatum agnoueris, equidem Deus ignoscet. Ait enim: Accede ad me, & da mihi osculum filii mi. Quem prius palpatum tetigerat tribulationum inflictione, mox hunc spirituali consolatione osculari non dedignatur. Hinc reconciliatum iam sibi filium commendans, quum sensisset vestimentorum illius fragrantiam dicit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Fragrantia quippe coram Deo vestimenta, virtutes sunt, de quibus dicitur: Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, & appareat turpitudine nuditatis suę. Horum odor quasi agri non quidem sterilis & aridi, sed fructibus sæcundi & pleni, per virtutis famam Deo suaue redolet. Quoniam autem habèti dabitur & abundabit, audi quid sequitur.

¶ De tibi deus de rose cœli, & de pinguedine terrę abundantiam frumenti, vini & olei. Ros de cœlo, gratiæ cœlestis infusio est. Terrę pinguedo, operantis in homine sæcunditas gratię: frumentum, pastus cibi cœlestis: vinum, spiritualis hilaritas: oleum autem, compassionis erga miseros pietas est. Hanc cœlestis pater confirmans benedictione: Comedi, inquit, ex omnibus, gratanter acceptans quę obtulit ille. Benedixique ei, & erit benedictus perpetuò scilicet & sine vlla reuocatione, quia (vt Apostolus ait) sine pœnitentia sunt dona Dei & vocatio. Sequitur:

¶ Auditis Esau sermonibus patris, irrugit clamore magno, & consternatus ait: Benedic etiam & mihi pater mi. Oculi omnium in te sperant domine (ait Propheta) & tu das escam illorum in tempore oportuno. Vndè & ipsi reprobi secundum seculum viuētes, scelera sua non nunquã secum reputantes, & proprię attestacione conscientię summi patris gratiam se dolentes amisisse benedictione, & ipsi magno rugitu cordis implorant. Benedic, inquit, & nobis pater, & si non eterna, temporalium saltem collacione bonorum.

H Ad

*Ierem. 3.
Luc. 15.
Humilis
confessio.*

Apoc. 16.

Luc. 19.

Benedictio iustorum.

Rom. 11.

*Benedictio reprobis
Rom. 11.*

FERIA SECUNDA

Ad quorum vora motus pater, in rerum copia terrenarum quasi terræ pinguedine, & mundanæ prosperitatis arrisu, quasi quodam indulgentioris cæli rore hos compluit.

FERIA SECUNDA

post Oculi.

4. Reg. 5.



Ade, & lauare septies in Iordane.

¶ Hęc lectio præter sensum literę dupliciter recipit explanationē. Vnam allegoricam, alteram tropologicam siue moralem. Sed quia intellectus mysticus literę præexigit intellectum: idcirco ipsa lectio historialiter est præmittenda. Tria autem in ea notantur. Primum est, hominis cuiusdam morbus abominabilis. Secundum est, eiusdem morbi curatio notabilis. Tertium est, vnus veri Dei confessio laudabilis.

¶ Circa primum dicitur in litera. Naaman princeps militię regis Syrię erat vir magnus apud dominũ suum & honoratus. Per illum enim dederat dominus salutē Syrię. Erat autem vir fortis & diues, sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrunculi, & captiuã duxerāt de terra Israel puellam paruulã quę erat in obsequio vxoris Naaman, quę ait ad dominã suam: Vtinã fuisset dominus meus ad prophetã qui est in Samaria: profectõ curasset eum à lepra quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad dominũ suum, & nunciavit ei, dicēs: Sic & sic loquuta est puella de terra Israel. Dixitque ei rex Syrię: Vade, & mittam literas ad regem Israel. Qui quum profectus esset & tulisset secum decē talēta argenti, & sex millia aureorũ, & decē mutatoria vestimentorũ, detulit literas ad regem Israel in hęc verba: Quũ acceperis epistolã hãc, scito q̄ miserim ad te Naaman seruum meũ, vt cures eum à lepra sua. Quũque legisset rex Israel literas, scidit vestimenta sua, & ait: Nunquid Deus ego sum vt occidere possim & viuificare, quia iste misit ad me, vt curem hominem à lepra sua? Animaduertite & videte, quia occasionem quærīt aduersum me.

Curatio
lepræ no-
tabilis.

¶ Circa secundum quod est istius morbi curatio notabilis, dicitur consequenter: Quod quum audisset Elifaus vir dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Cur scidisti vestimenta tua? Veniat ad me, & sciat

sciat prophetam esse in Israel. Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & stetit ad ostium domus Elisæi. Misitque ad eum Elisæus nuncium, dicens: Vade, & lauare septies in Iordana, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam quod egredere-
retur ad me, & stans invocaret nomen Dei sui, & tange-
ret manu sua locum lepræ, & curaret me. Nunquid melio-
res sunt Abana & Pharfar fluuij Damasci omnib⁹ aquis Is-
rael, vt lauer in eis, & munder? Quum ergo verteret se, &
abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt
ei: Pater, & si rem grandem dixisset tibi Propheta, certè fa-
cere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi, lauare,
& mundaberis? Descendit, & lauit in Iordane septies, iux-
ta sermonem viri Dei, & restituta est caro eius sicut caro
pueri paruuli, & mundatus est.

*Naaman
leprosus
mylt.*

¶ Circa tertium, quod est ex hac citationis suæ gratia fides,
& vnus veri Dei confessio laudabilis, consequenter dici-
tur. Reuersusque ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo
venit, & stetit coram eo & ait: Verè scio q^d nō sit alius deus
in vniuersa terra, nisi tantum dominus Deus Israel.

¶ Circa secundum principale, id est, huius literę allegoriã,
aduerte quod Naaman iste fortis & diues, sed leprosus po-
pulus gentium est, qui fortis fuit per secularem potentiam
& per acquisitionē naturalis Philosophię scientiam diues, sed
per idololatriam abominabilis & leprosus. Is audiuit à re-
ferentibus Apostolis, scilicet & aliis sanctis Christianę fi-
dei per orbem terrarum, à terra Israel egressis prædicato-
ribus, prophetam esse illic, id est, Christum verum Deum
& hominem verum, & in se credentium saluatorē (Elisæus
quippe Dei mei salus interpretatur) talem inquam ac tan-
tum prophetam populus gentium audiuit in Iudæa per car-
nis assumptionem, per diuinorum atque mirabilium operū
ostensionem, per passionem & mortem, resurrectionem à
mortuis, ascensionemque in cælum apparuisse, qui per di-
uinitatis suæ potentiam animas hominum posset à pecca-
tis mundare, & fidei lumine ad summi boni & veræ beati-
tudinis noticiam perducere.

*Christus
per Apo-
stolos gen-
tibus præ-
dicat.*

¶ Quod autem non ipse Elisæus exiit ad eum foras, sed
per internuncium mandauit illi, dicens: Vade, & lauare
in Iordane septies, & mundaberis? hoc nimirum designat
quod

H ij quod

FERIA SECUNDA

Matt. 15 quòd per semetipsum Christus nō esset prædicaturus gen-
Mat. 23. tibus, & extra terram Israel personaliter ad gētes in opus
 prædicationis egressurus, sicut ipse ait: Non sum missus nisi
 ad oues quę perierunt domus Israel, sed Apostolos suos ad
 illos foret destinaturus, per quos præcepit eos lauacri salu-
 tatis ablutione regenerari dicens: Euntes docete omnes
 gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus
 sancti.

*Septena-
 losio quid* ¶ Quòd autē septena ablutione leprosus mundatur, id uti-
 que designat, quòd in baptismi sacramento per operationē
 septiformis gratiæ spiritus sancti, remissionē peccatorum
 accepta, homo ex Deo renascitur & renouatur. Vndē dictū
 est, quòd restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli. Per
 baptismum enim ad innocentiam reformamur.

*puluis is-
 raelitici
 soli quid.* ¶ Mundatus itaque à lepra sua Naaman tulit secum de ter-
 ra Israelitici soli duorum onus burdonū, vt in regione sua
 consistens Deum Israel, qui se saluum fecerat, super eam
 ritē adoraret Quia gentilis populus per baptismum reno-
 uatus, & per fidem veram ad Deum conuersus, sacra scri-
 pturæ verba quasi puluerem Israelitica terræ secum fert,
 vt ex illis in vnus veri Dei cultu rite instructus, vnum so-
 lum & verum Deum veneretur & adoret.

*pretium
 cur Pro-
 pheta re-
 cusauit.
 Matt. 10.* ¶ Quòd autē pro gratia curationis propheta recipere præ-
 tium recusauit, sciens se illā non à se, sed acceptam diuini
 tus habuisse, hoc utique designat, quòd sacramenti virtus
 quia nō à ministro, sed à deo est, nequaquā venalis esse de-
 bet, dicente domino: Quod gratis accepistis, gratis date.

¶ Circa tertium principale, id est, tropologiam, siue mora-
 lem huius lectionis intellectū, aduerte tria nobis in ea ad
 ædificationem esse consideranda. Primum est lepræ con-
 ditio detestabilis. Secundum est leprę detestabilis curatio
 perfacilis. Tertium est perfecta curatio & reparatio desy-
 derabilis Circa primum aduerte, quòd per Naaman lepro-
 sum, qui fortis & diues fuisse memoratur, peccator accipit-
 tur. Is diues & fortis est, scilicet leprosus. Siquidem potes-
 tia secularis & diuitiū, plerumque peccatores efficiunt.

¶ Congruè verò lepræ morbo peccatum designatur, tum
 quòd morbus ille hominē totum ab interioribus incipit
 & progrediens foras ad cutem vsque prorumpat, tum etiā
 quòd ceteros sua cōtagione inficiat, vndē & præcepto le-

*Lepræ
 morbo
 quid si-
 gnatur.*

gis edicitur, vt à consortio ceterorum leprosus extra castra
 emiciantur. Peccatum enim quod in interioribus hominis,
 id est, cogitatione, cōcupiscentia, delectatione, desyderio,
 & voluntatis consensu exoritur: deinde foras erumpit in
 opere, & alios exemplo pernicioso corrumpit, ipsum pec-
 catorem reddit abominabilem & euitandum, iuxta Apосто-
 li sententiã qua ait: Auferte malū ex vobis. An nescitis quia
 modicū fermentum totam massam corrumpit? Expedit mē
 brum emortuū & putridū abscindi, vt ea quæ adhuc viua &
 sana sunt conseruentur. Hi sunt peccatores notorij & ma-
 nifesti, qui quantò sunt sceleribus famosiores, tantò ceteris
 inficiēdis pestilentiores, de quibus iñe Apostolus loquens,
 dicit: Quorundam sunt manifesta peccata præcedentia ad
 iudiciū. Quidni separentur huiusmodi pestes cæteros infici-
 entes, scandalosi, pacis perturbatores, adulteri, & similes, à
 consortio sanorū, quum iam sint dei iudicio separati?

¶ Circa secundum quod est morbi lepræ notabilis & faci-
 lis curatio, aduertendum est, quid leprosum hunc ad salu-
 tis suæ quærendam medicinam induxerit. Habebar, inquit
 lectio, vxor eius in obsequio captiuam puellam de terra Is-
 rael, quæ ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus
 meus ad prophetam qui est in Samaria, profectò curasset
 um à lepra quàm haber.

¶ Captiua hæc de terra Israel puella rationis rectè seu cen-
 scientiæ suadelam non absurdè significat, eò quòd semper
 ad optima deprecatur, quanuis sub peccandi voluntate, &
 libidinis imperio ipsa cōscientia captiua teneatur. Suadet
 enim (tametsi captiua sit) quatenus ad salutis authorē do-
 minum Iesum peccator recurrat, opem proculdubiò conse-
 quaturus. Cui & dicitur: Vade, & lauare in Iordane septies
 & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.

¶ Vbi per Iordanem, passionem, domini redemptoris acci-
 pimū interpretatur enim iordanis riuus iudicij. Sanè riuus
 iudicij, Christi passio fuit, qua & calumniantium Iudæo-
 rum voces, & iniqui iudicium iudicis, & passionum flu-
 ctus super ipsum inundantes oppressum morte absorbue-
 runt, sicut ipse per prophetam ait: Inundauerunt aquæ su-
 per caput meum, dixi perij. Et vndè rursum: Veni in altitu-
 dinem maris, & tempestas demersit me. Hic itaque riuus
 iudicij, hæc passio & mors domini redemptoris, fons ille

Zach. 13 patens est, quem per Zachariam Prophetam longè antè dominus promiserat, dicens: Erit fons patens domui Iuda, & habitantibus Hierusalem in ablutione peccatoris & mustruata. Quisquis in eo mundari desiderat per detestationem omnium peccatorum suorum, & humilem confessionem, semetipsum iudicet necesse est, ut sic dei iudicium preueniens non iudicetur. Dicat fiducialiter in oratione ad dominum loquens, quisquis sui ipsius iudex iam effectus propria in semetipso peccata puniuit: Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniatoribus me: Lotio septena, omnium peccatorum detestationem & poenitentiam perfectam designat, dicente beato Gregorio: Quia omne tempus septem diebus comprehenditur, rectè septenario numero vniuersitas designatur.

Per poenitentiam innocentiam ¶ Circa tertium quod est perfecta curatio & reparatio desiderabilis dicitur in lectione, quòd restituta est caro eius: cut caro pueri paruuli. Quo nimirum designatur per poenitentiam nos ad veram & omnium omnimodam mentis puritatem & innocentiam reformari, ut & nobis iure dici possit: Quasi modò geniti infantes rationabiles sine dolo lac

1 Petri 2 concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: modò tamen (ut præmiserat) deposuerimus prius omnem dolum, & simulationem, & inuidiam, & omnem detractionem. Et quoniam vera poenitentia sine humilitate sancta perfici nequaquam potest, obaudiamus, dicenti: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, puritate, scilicet & humilitate, non intrabitis in regnum cælorum.

Naaman remedium facile designatur. ¶ Sed prætereundum non est, quòd leprosus iste septies in Iordane lauari iussus, abire volebat indignans & dicens: Nunquid meliores sunt Abana & Pharpar fluuij Damasci omnibus aquis Israel, ut lauer in eis & munder: Nam fieri plærunque solet, ut dum his qui sibi sapientes videntur facilis quælibet ad arbitrium sacerdotis poenitentia pro peccatis iniungitur, hanc contemnant, & intra semetipsos dicant: Quid mihi cum his impositis siue preculis siue elemosynis, quasi bona potiora non nouerim? Dixerunt autè ei serui eius: Pater & si rem grandem præcepisset tibi propheta, certè facere debueras: quantò magis quum dixerit tibi, lauare & mundaberis? Fieri quippe potest ut à seruis consilium bonum & utile dominus accipiat. Nam iste si à

Sapientia res domino serui. seruis

seruis persuasus prophetae consilio non acquievisset, non fuisset à lepra mundatus. Sic nimirum & huius seculi sapientes, vel potius qui sibi sapientes esse videntur, si ecclesie & salubribus sacerdotum præceptis submittere sese retulerint, non poterunt emundari. Vnde in lege scriptum est Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, ex decrero iudicis morietur homo ille.

Den. 17.

¶ Porro munera quæ leprosus iste curandus secum attulerat propheta recusante, sibi retinet: quia quum bonorum nostrorum deus non egeat, non deo, sed sibi metipsum pœnitens quisque thesaurizat. Ille verò qui curationis leprosi pretium, quod propheta accipere recusauerat, postulare & accipere præsumpsit (prophetae videlicet minister quòd domini sui gratiam venalem haberet) mox lepra percussus est, quia ministri ecclesie si sacramentorum gratiam (quasi hæc æstimari pecunia possit) venalem habuerint, postulant hæc pretium & accipientes, quum tamen audiant dominum dicentem, Gratis accepistis, gratis date: exprobrabili delicto, quasi lepra mox effecti notabiles diuino iudicio reprobandantur, vt vnde mundantur alij, inde ipsi inquinantur, & medicamentum vitæ, istis proprio vitio pariat mortem.

1 Ste gratiam dei vendit.

Matt. 10.

FERIA TERTIA

post Oculi.



*V*ade, vende oleum, & redde creditori tuo

4. Reg. 4

¶ Ex hac lectione colligere possumus tria moralia documeta. Primò enim ostenditur per figuram peccatricis animæ graue debitum. Secundò, spiritualium charismatum abundans incrementum. Tertio, & quo se peccatrix anima redimat pretium, & quo viuat nutrimentum. Primum, à principio lectionis. Secundum, ibi: Cui dixit Elisæus, Quid habes. Tertium, Venit autem illa, & indicauit homini dei.

¶ Circa primum dicitur:

Mulier quædam clamabat ad Elisæum prophetam, dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit timens deum.

¶ Ille dicitur fuisse Abdias propheta, dispensator domus

3. Reg. 18.

H. iij. Achab

Achab, qui tempore quo interfecit Iefabel prophetas domini, abscondit de prophetis domini centum viros quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pavit eos. Ad quod faciendum æs alienum ipse contraxerat, quod post ipsius obitum vidua relicta exigebatur. Unde ipsa consequenter dicit: Et ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos ad seruiendum sibi.

*Peccatrix anima
typus Creditor diabolus.*

Hæc vidua peccatrix animæ typum gerit, quæ quoniam peccando Christi sponsi sui gratiam perdidit, solitaria quodammodo & vidua remansit. Hæc callidi hostis persuasione peccati voluptatem quasi quendam nummum à creditore diabolo acceperat, propter quem corpus & spiritum, & hic sibi vult subicere seruiture culpe, & post utrumque sibi tollere ad supplicia gehennæ.

Circa secundum dicitur:

Cui dixit Elisæus: Quid vis ut faciam tibi? Dic mihi Quid habes in domo tua? At illa respondit: Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei quo ungar. Cui ait: Vade, & pete mutuum ab omnibus vicinis tuis, vasa vacua non pauca, & ingredere, & claude ostium quum intrinsecus fueris tu & filii tui, & mitte inde in omnia vasa hæc: & quum plena fuerint, tolles. Iuit itaque mulier, & clausit ostium super se, & super filios suos: illi offerebant vasa, & illa infundebat. Quumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vasa. Et ille respondit: Non habeo, Stetitque oleum.

Hic myticè declaratur spiritualium charismatū abundas incrementum. Nam Elisæus ad quem anima peccatrix quasi vidua ære alieno gravata clamens, & consiliū auxiliūque querens recurrit dei verbum est. Elisæus enim dei mei salutare interpretatur, & de verbo dei B. Iacobus loquens, dicit: Suscipite inquit verbum quod potest saluare animas vestras.

Iacob. 1.

O'cum inundans quid

Parum olei quod solū sibi ad vntionis vsum supererat, spes est de misericordia dei, quo anima paupercola ungitur, quæ in sola dei misericordia salutis suæ spem collocavit. Quum enim de propria iustitia diffidat, nihil, præter hanc spem reliquū habet quo agrotantis conscientie suæ dolores

dolores leniat. Audiatur ergo cœlestis verbi consilium, si ab importuni creditoris exactione cupit liberari. Petat à vicinis vasa vacua non pauca, & clauso super se ostio de pasculo illo quod sibi superest infundat: crescet enim gratiæ cœlestis oleum, & abundabit.

¶ Sanè vasa vacua pauperes sunt & afflicti istis oleum sola *Vasa va-*
tij & spei, oleum proinde misericordiæ & dilectionis de *cua.*
corde, de ore, & de opere impendat. Quod si fecerit, exuberante in se diuinorum gratia vnguentorum, spes & charitas, &c. huiusmodi diuinæ largitatis dona ei augetur.

Quia enim misericordiam miseris impedit, dignum est, vt & ipsa misericordiam à domino consequatur, & omni debito peccatorum liberetur, dicente domino: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sed clauso super se ostio hæc facere iubetur, non in triuiss ad inanè gloriam, & vanum hominum plausum dicente rursus do-

mino: Quum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. *Matt. 5.*
Matt. 6.

¶ Nec ei qui sic plena fide fecerit, formidandum est ne redigatur ad inopiam, quin potiùs diuinæ credens pollicitationi qua dicit: date, & dabitur vobis: credat quò liberaliùs propter dei verbum in pauperes temporalem substantiam erogauerit, eò magis sibi posse suppetere quæ largiatur. Vnde Apostolus: Augebit, inquit, incrementa frugum iustitiæ vestræ. Nam sicut præmiserat, hilarem datorem diligit deus. *Luca. 6.*
Largitio.
ne in pau-
peres rem-
recrescere
2. Cor. 9.

Qui enim administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit. Eleemosyna semè est vtique cum spe multi fœnoris seminatum. Debet enim & qui arat per pœnitentiam (corpus suum castigando) in spe arare, & qui (per eleemosynarum largitionem) seminat, etiam in spe redituri prouentus seminare, sicut per Sapientem dicitur: Fœneratur domino, qui miseretur pauperis. Quòd si quæ priùs habebat temporalis substantiæ dona modica fuerint, crescendo est ea propter erogantis fidem vsque ad eò diuino munere multiplicanda, quòd non solum ad piè erogandù, sed etiam ad viuendum copiosè sufficient, imò & excre-

scant. Scriptum est enim: Qui dat pauperi, non indigebit. Et iterum: Alij diuidunt propria, & ditiores sunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. *1. Cor. 9.*
1. Cor. 9.
1. Cor. 9.

¶ Quod si quæ priùs habebat temporalis substantiæ dona modica fuerint, crescendo est ea propter erogantis fidem vsque ad eò diuino munere multiplicanda, quòd non solum ad piè erogandù, sed etiam ad viuendum copiosè sufficient, imò & excre-

scant. Scriptum est enim: Qui dat pauperi, non indigebit. Et iterum: Alij diuidunt propria, & ditiores sunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. *1. Cor. 9.*
1. Cor. 9.
1. Cor. 9.

hæc vidua oleum per vasa vacua distribuebat, diuino nutu fluebat oleum, & mirum in modum inundabat. Vbi verò vacuis vasis infundere desit, etiam oleum stetit. Posset & olei nomine non modò spes de venia cum miseratione proximorum, verùm etiam gratia cœlestis non absurdè intelligi: quia quâdiu homo sancti desyderij capacitatem quasi vacuum vas obtenderit, diuino munere recipiet incrementum.

¶ Circa tertium dicitur:

Venit autem illa, & indicauit homini dei. Et illæ: Vade, vende oleum, & redde creditori tuo. Tu autem & filij tui viuite de reliquo.

¶ Hic ostenditur quo se peccatrix anima redimat pretium, & quo viuat nutrimentum. Iubetur enim se ab importuni creditoris ex actione oleo redimere, vt computrescat iugum peccati à facie olei. Quod oleum vtique; charitas & misericordia est. Charitas enim operit multitudinem peccatorum, & sicut dictum est: Misericordes misericordiam consequentur. Vnde & per Sapientem dicitur, Redemptio animæ viri diuicia suæ sunt: tum videlicet quum eas secundum consilium saluatoris propter deum in pauperes distribuens, facit sibi amicos de manna iniquitatis, qui quum hinc migrandum erit, recipiant eum in æterna tabernacula.

¶ Et quia per hoc anima peccatrix remissionem obtinens peccatorum, non modò ab infestatione grauissimi exactoris se redimit, sed etiam vitam meretur & gratiam acquirit meritorum: ideo quum dixisset sermo propheticus: Vade oleum, & redde creditori tuo: mox & illud adiecit: Tu autem & filij tui viuite de reliquo, videlicet & in presentis vita per gratiam, & in futura per gloriam. Pietas enim ad omnia valet promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Futurum est enim, vt hinc electi in die nouissimo à Christo iudice commendentur, quum dicet: Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi potum: hospes fui, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me in carcere, & venistis ad me. Itaque venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum. Vbi mors ultra non erit, neque luctus, neque dolor, neque clamor erit ultra, Tunc palam apparebit verè beatos esse misericordes, quâdo tantam à domino misericordiam consequentur. Pre-
tiosum

Esai. 19.

1. Petri. 5.

Matt. 5.

Prove. 13.

elemosyna virtus

1. Tim. 5.

Matt. 25.

Apoc. 21

tur lect ibi: F sup

erosum est ergo cum sancta spe miserationis oleum, quo & vita acquiritur, & mors culpa pariter & gehene redimitur. ¶ In Ierem. scriptum legimus, quod quum Ismael filius Na thanie de semine regio dolo perimeret octoginta viros, qui munera & thus ferentes in manibus, ibant vt offerrent in domo domini, inuenti sunt inter eos decem viri dicentes ei: Noli nos occidere, quia habemus thesauros in agro frumenti, & olei, & ordei, & mellis, & cessauit, & non inter fecit eos.

*Diaboli
typus
Iere. 4.*

¶ Ismael iste originis sue nobilitate superbiens, & nihilominus affectans regnū, diabolus est, sublimiter quidem a deo conditus, sed ob teterrimam culpam in barathrū perditionis æternæ dilapsus. Mors culpam significat, munera & thus palam in manibus, opera bona & preces sunt quæ ad vanam gloriam coram hominibus ostentantur.

¶ Qui thesauros habebant absconditos, hi sunt qui attendunt sibi ne faciant iustitiam suam coram hominibus, vt videantur ab eis, qui nimirum latronis istius sicam euadunt. Porro non incongruè oleum, charitatem significat: Frumentum, opus bonum: ordeum, mortificationem carnis: mel vero spiritualement & sanctam in domino consolationem lætitiæ insinuat. Hæc enim quisquis habuerit, truculenti illi⁹ & antiqui homicidæ gladium effugiens, vitam viuet perenniter beatam.

Mat. 6.

FERIA QVARTA POST Oculi.



E cælo loquutus sum vobis.

¶ In hac lectione proponuntur nobis. Primo, diuinæ legis ad proximū nos ordinantia mandata. Secundò, describuntur in datione legis signa terribilia & metuenda. Tertio, circa legitimum dei cultum traditur doctrina peculiaris & obseruanda. Primum, a principio lectionis. Secundum, ibi: Cunctus autem populus. Tertium ibi: Dixitque præterea dominus ad Moysen.

Exod. 20

¶ Circa primum dicitur:

*Honora patrem tuum & matrē tuam, vt sis longæuus
super terram quam dominus deus tuus dabit tibi. Non
occides*

occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non lo-
queris contra proximum tuum falsum testimonium Non
concupisces domum proximi tui, nec desyderabis vxorẽ
eius. Non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum,

*Honora-
ventum p
missionem
habet.*

Ephes. 4.

nec omnia quæ illius sunt.
¶ Vbi breuiter & sufficienter traduntur ea quæ nos bene
ordinare sufficiant in conuictu ad proximum, præcepta vi.
delicet secundæ tabulæ. Quorũ primum illud est, Honora
patrem tuum & matrem tuã, vt sis longæuus super terram
quã dominus deus dabit tibi. Quod Apostolus recensens
ait: Filij obedite parentibus vestris in domino, hoc enim iu-
stũ est, Honora patrẽ tuũ & matrem tuã, quod est manda-
tum primum in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæ-
uus super terram. Nulli præceptorum decalogi præmium
promittitur nisi huic. Vt sis, inquit, longæuus super terram,
& (vt addit Apostolus) etiã vt bene sit tibi. Nimirũ vita di-
gnus est, qui illos honorat à quibus originem vitæ traxit.
Contrà verò qui aduersus patrem aut matrem contumax
fuerit aut rebellis, diuinæ legi decreto reus est mortis.

¶ Tria sanè acceperunt à parentibus filij, propter quæ & ip-
si parentibus tria iure debent. Acceperunt enim ab illis cor-
poris substantiam, nutrimentum, & documentum. Propter
primum, debent eis amorem: propter secundum, obsequi-
um & subiectionem: propter tertiuũ, reuerentiam & hono-
rẽ. Quæ verò sequuntur præcepta reliqua, vetant nos proxi-
mo inferre, quod nobis inferri nequaquam vellemus.

*Prohibe-
tur homi-
cidium.*

¶ Contingit autem hominẽ in proximu peccare tribus mo-
dis, videlicet opere, verbo, animo. Opere tripliciter. Primò
in ipsius personam, quod prohibetur, quum dicitur: Non oc-
cides, videlicet, nec voluntate, nec consensu, nec iussu, nec
consilio, nec opere, nec auxilio. Denique nec subtractione
auxilij vbi in facultate tua est, alioqui moriturum seruare.
Vndè ait Ambrosius: Pasce fame morientem: si non paupis-
si occidisti.

*Adul-
terium.*

¶ Secundò contingit peccare in proximum opere, quia pec-
catur in personam sibi legitimè pactam & copulatam, &
hoc prohibetur quum subditur: Non mœchaberis, scilicet
cum vxore proximi tui, quia tuam ab alio viro nolles pol-
lui. Non solum autem hoc præcepto mœchia prohibetur
sed

sed etiam omnis concubitus legitimo matrimonio non excusatus, imò verò omnis membrorum generationi deputatorum illegitimus, & ad experimentum libidinosæ delectationis inconcessus vsus.

¶ Tertio contingit opere peccare in proximum inferendo illi nocumentum in temporalis rei substantia ab ipso possessa, & hoc prohibetur quum subditur, Nō furtum facies. Vbi furti nomine omnis quæcunque rei alienæ inconcessa vsurpatio prohibetur, siue per fraudem fiat, siue per furtū, siue per rapinam, siue per vsuram, siue per simoniam, siue per sacrilegium, siue per latrocinium, siue per iniusta bella, aut aliis modis similibus.

¶ Secundo potest fieri vt homo nocumentum inferat proximo verbo vel sermone. Et hoc cōsequenter prohibetur, quum subditur:

Non dices contra proximum tuum falsum testimoniū.

¶ Vbi falsi testimonij nomine omnis criminatio mendax contra famam, honorem, vel utilitatem proximi, nec non contumelia, conuitium, improprium, detractio, susurratio, & similia prohibentur. Postremo prohibetur nobis vel animo quicquā versare quod pugnet cum dilectione proximorum.

¶ Vbi est notandum, quòd duplex est concupiscentia contra proximi dilectionem, carnis scilicet & oculorum, quæ duobus vltimis præceptis prohibetur. Et primo concupiscentia carnis, quum dicitur: Non concupisces vxorē proximi tui: deinde concupiscentia oculorum, quæ est appetitus auaritiæ, quum dicitur: Non concupisces domum proximi tui, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinū nec quicquam eorum quæ illius sunt. Porro carnis concupiscentiam in opus nefarium prodire præcedenti mandato prohibetur, vbi dictum est: Non mœchaberis. Oculorum verò concupiscentiam, id est, appetitum auaritiæ in opus prorumpere: alio præcepto etiam superius expresso vetatur, vbi dicitur: Non furtum facies.

¶ Circa secundum dicitur:

Cūctus autē populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem. Et perterriti, ac pauore percussi steterunt procul dicentes Moysi, Lo-
quere

*Furtum
prohibe-
tur.*

*prohibe-
tur nocu-
mentum
proximi
per verba*

*concupi-
scentia
prohibe-
tur.*

quere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populū: Nolite timere. Vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Stetitque populus de longē. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus.

Quir lex
cuius ter-
vore data

¶ Hic describuntur in datione legis signa terribilia atque metuenda, quæ ideo in datione legis apparuerunt, vt per hoc daretur intelligi, legē illā plus habere terroris quā amoris. Rursus vt vel supplicij terrore populus ille insuetus legis iugū ferre sub lege coereretur. Vt, inquit, probaret vos deus venit, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis.

¶ Denique & ob hāc causam signa illa terribilia apparuisse creduntur, vt per hęc ostēdatur cum quanto terrore tremendus iudex in die nouissimo cunctis apparebit opera suę legis requirens, discussurusque gesta singulorū, & vnicuique iuxta opera sua redditurus. Terrorem illis incusserunt sonitus buccinę, lampades flammantes, mons fumās, & voces auditę. Per quę quatuor valde terribilia in die iudicij cunctis manifestanda designantur.

1. Thef. 4.

¶ Quorum primum erit tuba illa notissima, tuba nouissima, à cuius auditu contremiscent inferi, cuius virtute resurgent mortui, de qua per Apostolum dicitur: Dominus Iesus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo. Hęc tuba non modò mortui suscitabuntur (vt iam dictum est) sed etiam ad Dei iudicium peremptorie citabuntur, vt nulla detur dilatio, nulla supersit appellatio, de cuius tubę auditu formidabili vir sanctus ait: Siue comedebam, siue bibam, semper in auribus sonare mihi videtur tuba illa: Surgite mortui, venite ad iudicium.

1. Cor. 4.

Sopho. 1.
Matt. 10

¶ Secundū quòd illis terrorem incussit, erāt lampades terribili flamma lucētes, per quarū lucem lampadarum illud significari arbitramur quod Apосто. Paulus ait: Itaque fratres nolite ante tēpus iudicare, quo ad vsque veniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifesta bit cōsilia cordium, quando scrutabitur Hierusalē in lucernis: & quicquid opertum ante fuerat reuelabitur: & quod occultū fuerat, scietur. Quis ergo lampades illas, lucē hęc

quæ

quæ cuncta reuelabit, non vehementer expanseat? Tunc qui quondã malè agentes oderant lucem, velint nolint, ad lucem venient, vt arguantur à luce opera eorũ. Non tamen à luce hac reprobi illuminabuntur, sed potiùs confundentur, & vt lucis ofores, & rebelles lumini cõdemnabuntur.

*Deute. 4.
Iob. 24.*

¶ Tertium fuit mons fumans & terribilis nimis. Qui mons celsitudinem tremendi iudicis insinuat. Excellens quippe tum erit super omnes gentes dominus, & super cœlos: id est, angelicas virtutes, gloria eius Tunc compertum habebitur, quòd Deus noster ignis consumens est. Ascendet enim fumus in ira eius, & ignis à facie eius exardescens, inflammabit in circuitu inimicos eius, & non erit qui extinguat. Vndè ipse per Moysen loquens, dicit: Ignis accensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, deuorabitque terram cum germine suo, & montiũ fundamenta cõburet. Et vndè rursus per Esaiam dicentem: Succensa est quasi ignis impietas, veprem vt spinam vorabit. Hinc rursus de impiis ait: Ecce facti sunt quasi stipula, ignis cõbulsit eos. Ardens certè tunc erit furor eius & grauis ad portandum. Et quid hoc furore gehennæ flammam inextinguibiliter accèdète terribilius? Quis, inquit Esaias, poterit habitare de vobis cum igne deuorante, aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?

Deut. 32

Esa. 9.

Esa. 47.

Esa. 30.

Esa. 33.

¶ Quartum fuerunt voces. Porrò vox dici domini amara, quando loqueretur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Tacui (inquit ipse) semper silui, patiens fui, quasi parturiens loquar. Quum autem (vt Euangelica refert historia) impiorũ cohors ad vnam ipsius, & quidem mansuetam vocens, abiens retrorsum à virtute eius ceciderit in terrã, quum vix parua stillam sermonũ eius audisset, tonitruum magnitudinis eius quis poterit sustinere? Quid iudicaturus faciet, qui hoc fecit iudicandus? Quum intonuerit horribili illo tonitruo, Ite maledicti in ignem æternum: nõne quemadmodum fluit cera à facie ignis, etiam tunc peribũt peccatores à facie dei? Optemus, & dum supplicandi locus datur precemur, vt hac voce non loquatur nobis dominus, sed mediatorem queramus qui interpellet pro nobis. Nos verò vt dignum est perterriti & pauore cõcussi, per agnitionem & confessionem peccatorũ nostrorum, & debitam mentis humiliationem publicani illius ad morem à longè stemus

Sopho. 1.

Esa. 42.

Iob. 26.

Isa. 25

FERIA QUARTA

PROV. 15.
ECCLES.

stemus & ipsi, misericordiam domini humiliter imploran-
tes. Hoc enim vult dominus vt terror illius sit in nobis, &
non peccemus. Nam sicut timore domini declinat omnis
à malo, ita & qui sine timore est, non poterit iustificari.

¶ Circa tertium dicitur:

Dixitque præterea dominus ad Moysen: Vos vidistis
quòd de cælo locutus sum vobis. Non facietis deos argè-
teos, nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra fa-
cietis mihi, & offeretis super illud holocausta & paci-
fica vestra, oves vestras & boues in omni loco in quo
memoria fuerit nominis mei.

Altare de
terra quid

¶ Hic circa Dei cultum traditur doctrina peculiaris & ob-
seruanda. Vos vidistis, inquit, quòd de cælo loquutus sum
vobis, & ideo non facietis vobis deos ex terra, nec aurum
nec argentum, nec homines mortales, nec simulachra ma-
nufacta pro diis habebitis, sed me qui solus deus sum ado-
rabitis & coletis. Modum verò sui cultus ostendit, dicens:
Altare de terra facietis mihi, & offeretis super illud. Hoc
altare Christi redemptoris nostri humanitas est, de virgi-
neq; carnis substantia quasi de terra quam dominus ipse be-
nedixit, spiritus sancti virtute formata. Erat autem altare
illud non solum de terra, sed & de lapidibus duodecim ex-
tractum, quos ferrum artificis omnino nō tetigit, quia san-
ctissima Christi caro nullo generationis paternæ artificio,
sed (vt iam dictum est) virtute spiritus sancti in vtero vir-
ginis formata fuit.

Lapides
altaris
duodecim
quid.

¶ Rursum per hos duodecim non elaboratos arte lapides,
duodecim articuli fidei catholicæ possunt non absurdè in-
telligi, eò quòd nec humanitus inuenti, nec philosophicis
argumentis, quasi exterioris sculpturæ artificio sint excul-
ti. Per hanc fidem, articulis istis comprehensam, accessum
habemus ad sanguinem & preciosam mortem mediatoris
& redemptoris nostri Iesu Christi: nempe ad altare Deo
sacratum, holocausta nostra & pacifica, hoc est, orationes
nostras & opera bona, gemitus nostros & lachrymas, lau-
des proinde & gratiarum actiones super illud domino iu-
giter offerentes, de quibus oblationibus per Esaiam domi-
nus loquitur, dicēs: Offerentur super placabili altari meo.
Et rursum alibi dicit: Munera tua accepta erūt super altari
meo.

Esai. 60.

meo. Porro nisi altare hoc munera nostra commendat, nequaquam ad ea respiciet dominus. Non enim nisi per fidē accessum habemus ad gratiā istam, quum sine fide sit impossibile placere Deo.

Roma. 5.
Hebr. 11.

FERIA QVINTA

post Oculi.



Vdite verbum domini omnis Iuda.

Jerem. 7.

¶ In hac lectione tria describuntur. Primum est, prophetica ad omnes generaliter facta exhortatio Secundum est, aduersus seducentiū fallaciam fidelis premonitio Tertium est, ad salutis consecrationē vera & recta instructio. Primum à principio lectionis Secundū, ibi: Et nolite cōfiderere in verbis mendacij. Tertiū, ibi: Quoniam si benedixeritis.

¶ Circa primum dicitur:

Verbum quod factum est ad Ieremiam à domino, dicens: Sta in porta domus domini, & prædica ibi verbū istud, & dic: Audite verbum domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has vt adoretis dominum. Hæc dicit dominus exercituum Deus Israel: Bonas facite vias vestras & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto.

¶ Attendite benignitatem & clementiā Dei. Dixerat paulo antè ad ciuitatem sanguinum in qua olim habitauerat iustitia, nunc autem homicidæ: Erudite Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam, terram inhabitabilem. Ad hanc inquam (vt eruditionem reciperet) in nomine domini Propheta missus, ait: Cui loquar, & quem contestabor, vt audiat? Ecce incircuncise aures eorum, & audire non possunt. Ecce verbum domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud. Ideirco furore domini plenus sum. Quibus tamen post hæc omnia rursum per eundem Prophetam dominus ait: State super vias & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt: Non ambulabimus. Et contuitui super vos, inquit, speculatores, & dixi: Audite vocem

Isa. 1.

Jerem. 6.

Ibidem.

I tubæ:

tuba. Et dixerunt: Nō audiemus. Et mox sequitur: Audi terra. Ecce ego adduco mala super populū istū fructum cogitationū eius, quia verba mea non audierunt: & legē meā proiecerunt. Nihilominus tamen post hæc omnia dentū mittitur ad eos Propheta à domino, & dicitur ei:

1. Tim. 4.

¶ Sta in porta domus domini, vt egredientes & ingredientes velint nolint audient verbum dei. Ergo & inuitis prædicandum est, sicut Apost. ad Timot. scribens ait: Prædica verbum, insta oportune importune. Erit enim tēpus quum sanam doctrinam non sustinebunt. Quales modò sunt qui cōqueruntur de assiduitate & frequentia prædicationis verbi Dei, quibus (sicut dictum est) factum est verbum domini in opprobrium, & non suscipient illud. Prædica, inquit, ibi verbum istud, & dic: Audite verbū domini omnis Iuda qui ingredimini per portas has vt adoretis dominū, quasi dicat: Adoraturi & inuocaturi dominum, verbum domini primū audite. Alioqui frustra adoratis & inuocatis dominū, verbi domini contemptores. Nam qui fieri posset, vt audiat illos dominus, qui vocem domini obdurato corde audire recusant? Qui declinat aurem suam (ait Sapiens) ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

*Inuocatur
vi deū au
diant Dei
verbum.*

FROM. 2. 8.

¶ Rursus quū nesciamus quid & qualiter orare debeamus, primum nobis consulendum est verbum Dei, vt ex auditu verbi cœlestis sciamus quid desit nobis, & bene instituti petitionem nostram formemus.

Ierem. 23

¶ Cæterum quum sint plerique corde duro, frigido & arido, & ad præcādum prorsus inepti, vagi proinde in via cordis sui, & mente in diuersa distracti, audiāt necesse est verbum Dei. Ipsum enim quasi quidem ignis frigida inflamat, & quasi malleus conterens petras, obstinatos & duros mira virtute emollire valet, & ad sanctæ renouationis formam recipiendam disponere. Reuocat enim humanā mentem à ludicris ad seria, à vanis ad vera, à carne ad spiritū, ab erroribus & peccatis ad Deum.

FROM. 2.

¶ Audiant itaque vniuersi verbum domini dicentis: Bona facite vias vestras & studia vestra. Necesse est enim vt peccator corrigat non modò vias, id est, opera mala quæ gessit, sed etiam studia, id est, voluntatem, & ipsam prauis cordis intentionem. Hanc enim vel maximè Deus pensat & intuetur. Penes eam quippe consistit & auersio hominis à Deo,

Deo,

Deo, & ad Deum cōuersio. Hi enim quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum, ad sinistrā abeunt, probante domino vias quæ à dextris sunt. Vias enim quæ à dextris sunt nouit dominus, peruersæ autem sunt quæ sunt à sinistris. Iter enim impiorum peribit. Et licet videatur eis via eorum recta, nouissima tamen eius ducunt ad interitum. Hæc enim est illa via lata & spatiosa quæ capit plurimos, & ducit eos ad perditionem. Sed audiat viator, homo mortalis, audiat dicentem:

PROV. 4.
PROV. 16.
MATT. 7.

Quisquis amat mundum, tibi prospice quò sit eundem:
Nam via qua vadis, via mortis plenæque cladis.

Itaq; vias vestras (vtiq; prauas & tortas) bonas facite, & cōuertimini ab eis, non modò ab opere prauo cessando (vt dictum est) sed etiam studia vestra, id est, intentionem & voluntatem ab eis penitus auertēdo. Et habitabo vobiscū, inquit, in loco isto, vos conseruans atque defendens.

¶ Circa secundum dicitur:

Nolite cōsidere in verbis mendacii, dicentes: Templū domini, templum domini, templum domini est.

Hic ponitur aduersus seducentium fallaciam fidelis præmunitio. Læstabant quippe pseudoprophetæ spe vana populū, seducentes & dicentes: Templum domini, templū domini, templum domini apud nos est. Quidā defendat dominus propter templū suū etiam & ciuitatem? Porro Ieremias Propbeta domini, regem Babylonis venturum, & templi ac ciuitatis excidium, & gentis transmigrationem in captiuitatem prædicebat. Illi verò contra. Non sinet, inquit, dominus templum suū vnicum, sanctum, ac toto orbe venerandum excindi & conculcari. Sed vane diuinabant, & de corde suo prophetantes faciebant populū cōsidere in mendacio. Nam sicut alibi scriptum est, nō propter locum gentem, sed magis propter gentem locum elegit Dominus. Ideòque & locus ipse factus est particeps malorum populi. Siquidem propter ciuium inhabitantium peccata iratus fuit ciuitati dominus, propter quod & accidit circa locum despectio. Hinc Dominus ad Salomionem: Pòst quàm ille templum dedicasset, loquens ait: Si auersi fueritis vos & filij vestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea, auferam vos de superficie terræ quam dedi vobis, & templum quod sanctificau-

2. Mac. 3.

3. Reg. 9.

FERIA QUINTA

nomini meo, proiciam à conspectu meo. Eritque Israel in fabulam & in prouerbiū cunctis populis, & domus hæc erit in exemplum. Omnis qui trāsierit per eam, stupebit & sibilabit, & dicet: Quare fecit Deus sic terræ huic & domui huic? Et respondebunt: Quia ipsi dereliquerunt dominum Deum suum.

Jerem. 26

¶ Hinc rursus idem Propheta ex persona Dei loquutus, dicens: Ite ad locum meum in Silo, ubi habitauit nomē meū à principio, & videte quid fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. Et nunc quia locutus sum ad vos in apertis cōfurgens & loquens, & non audistis, & uocaui vos, & nō respondistis, faciam domui huic in qua inuocatum est nomē meum, & in qua vos habetis fiduciam, & loco quem dedi uobis & patribus uestris, sicut feci Silo, & proiciam uos à facie mea, sicut proieci fratres uestros uniuersum semen Ephraim, id est, regnum decem tribuum Israel, quod iam dudum vastauerat rex Assyriorum, & populum traduxerat in captiuitatem. Quod quum contra templum & ciuitatem esset impletum: idem iste propheta qui futurū prædixerat, iam factum deplangens dicebat: Quomodo proiecit domus de cælo in tetram inclytam Israel: id est, ciuitatem Hierusalem, & non est recordatus scabelli pedum suorum, (id est, templi) in die furoris sui?

Treno 1.

1. Reg. 4.

¶ Simile aliquid in diebus Heli factum est. Quum enim populus præuicator in archæ testamenti presentia religiosa cōsideret, & propter hoc allatata esset e tabernaculo domini in castra, ad locū certaminis, cecidit populus in prælio, & archa domini ab Allophilis capta est.

*Non esse
fidendum
loci cele-
britate.*

Marc. 13.

¶ Proinde quum discipuli domini saluatoris egredientes e templo egregij operis domino structuram ostendentes dicerent, ecce quales lapides, respondens dominus: uidetis, inquit, has omnes ædificationes. Amen dico uobis, nō manebit lapis super lapidem qui non destruat. Huiuscemodi exemplis discant uniuersi qui plus æquo confidunt, vel in suis religionibus aut cæremoniis, interiori religione & sanctimonia uera neglectis, vel rursus in loci sanctitate, vel seruatis illie sanctorum reliquiis. Sicut enim non locus profectò nec locus gentem prophanat, sed e contra polluta & impia gens locum contaminat.

¶ Vide-

¶ Videte inquit, quid fecerim loco meo. Si per locum illum terram sanctam & Christi pedibus consecratam libet accipere, videte, inquit, quid fecerim ei propter malitiam populi mei, videte (si fas est dicere) quid his diebus fecerit dominus urbi magnæ, celebri martyrio suorum Apostolorum famosa. Et quidem non est malum in ciuitate quod non fecerit dominus. Ponam, inquit, ciuitatem hanc in stuporem & in sibilum, eò quòd dereliquerunt pactum domini dei sui. Bene ergo ait Propheta: Nolite considerare in verbis me daci, illis fidem dantes qui vobis securitatem mendaciter promittentes dicunt: Templum domini, templum domini templum domini est. Verum in quo sit confidendum consequenter ostenditur.

Amos. 3.

¶ Circa tertium dicitur:

Quoniam si benedixeritis vias vestras & studia vestra, si feceritis iudicium inter virum & proximum suum Aduerſariorum & viduarum & pupillo non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis, habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris à seculo & vsque in seculum.

¶ Hic ponitur ad consecutionem salutis vera & recta instructio. Si bene dixeritis, inquit, id est, correxeritis, & dignas benedictione reddideritis tam vias operum vestrorum, quam studia intentionum cordis, & ad me toto corde conuersi fueritis, & hoc quòd ad deum. Verum quòd ad proximum, si iudicium feceritis & iusticiam, nec calumniam struxeritis aduerſariorum & pupillo aut viduarum, hoc qui se defendere non valent opprimendo per potentiam (quorum vindicandis iniuriis plerunque deus ultor exurgit) iuxta illud Propheta: Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit dominus. Rursum si non effuderitis sanguinem innoxium in loco hoc. Hæc enim scelera graua sunt, quæ loci & gentis excidio veniunt expianda.

Sequitur:

¶ Et post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis. Malum enim & amarum est reliquisse dominum omnes enim qui hunc derelinquunt, confundentur, & recedentes.

Iere. 2.

Abent post deos alienos.
Iudæ. 1.
Leuit. 16.
 cedentes ab eo in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium dominum. Abent post deos alienos qui dicunt aurum robur suum, & obriso dicunt fiducia mea: fide, spe & amore creaturam colentes potius quam creatorem. Denique qui peruersa dogmata sectantes, sectas & schismata fouent. Sed in malum sibi metipsis. Segregant enim se vtrique amisso spiritu unitatis membra mortua, palmites abscisi perpetui pabulum ignis. Hi sunt (inquit Iudas apostolus) animales spiritum non habentes. Si ergo vias vestras, inquit, & studia ab his quæ iam dicta sunt reuocaueritis, habitabo vobiscum in loco isto, & vos eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deum.

 FERIA SEXTA POST
 Oculi.


Omne deus exaudi clamorem populi huius
 ¶ In hac lectione tria notantur, grande nobis aliquid & mysticum significantia. Primum est sitis preclitantium aquæ postulatione. Secundum est, ad aquæ postulatione perceptione populi preparatio. Tertium est è petra percussa mirabilis aquarumeductio. Primum à principio lectionis. Secundum, ibi: Loquiturque est dominus ad Moysen dicens: Tolle virgam. Tertium, ibi: Quomodo; eleuasset.
 ¶ Circa primum dicitur:

Nu. 29.
 Conuenerunt filii Israel aduersum Moysen & Aaron & versi in seditionem, dixerunt: Cur eduxistis nos in solitudinem, ut & nos & iumenta nostra moriamur? Quare fecisti nos ascendere de Aegypto, & eduxistis in locum istum pessimum qui seri non potest, qui nec sicum gignit nec vineas, nec malo granata, in super & aquam non habet ad bibendum? Ingressique Moyses & Aaron, dimissa multitudine ante tabernaculum fœderis corruerunt pro ni in terram, clamaueruntque ad dominum, atque dixerunt: Domine deus exaudi clamorem populi huius, & aperiethesaurum tuum fontem aquæ viuæ, ut satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos.

Populus

¶ Populus hic qui de Ægyptia captiuitate per immolati sanguinem agni liberatus rubrum mare demersis hostibus sicco pede transiit, ad promissam tendens hereditatem, typum gessit populi credentis, qui & ipse à graui seruitute peccati, & captiuitate principis tenebrarum per Christi sanguinem liberatus, peccatis in Christi morte mortuis & extinctis, ad cœlestem gloriam, quasi promissam diuinitus vocatus est hereditatem.

¶ Horum plerique in pœnitentiæ deserto constituti (via v. tique qua perueniri possit ad regnum, dicente domino: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum) gratiæ cōsolantis inopia laborantes, ob multa quaruntur.

¶ Primò q̄ hæc via propter sui sterilitatem seri non potest quia pœnitentiæ status sterilis & aridus eis esse videtur. Rursum q̄ difficile, imò impossibile illis videtur in lachrymis hîc seminare, quasi postmodû in gaudio metantur. Denique q̄ nec sicû habeant, id est, geminæ dulcedinem charitatis: nec interioris gaudij vineas, nec malo granata, id est, facilitatem operû iustitiæ in escâ: nec rursus internæ deuotionis & gratiæ cœlestis, aquam, quum tamē interim malè vtâtur ardore concupiscentiarû, vsque ad eò vt interdû pœniteat propositû, actûmque pœnitentiæ assumpsisse.

¶ Educti sumus, inquit, in solitudinē vt & nos & iumenta nostra moriamur: hoc est, vt perdamus & presentis vite gaudia pariter & futuræ: quemadmodum mos est quibusdam, qui quum pusillo sint animo & modicæ fidei, semper veris grauiora sibi fingentes, ad querelas proni sunt.

¶ Quare, inquit, fecisti nos ascendere ex Ægypto, & eduxisti in locum istum pessimum? Supplicant autem pro his mater ecclesia & charitas sanctorum, in huius mundi deserto cum illis adhuc peregrinantium, dicentes: Domine deus exaudi clamorē populi huius, & aperi eis thesaurum misericordiæ tuæ, fontem aquæ viuæ: id est, gratiæ viuificantis, consolantis, & ardorem desyderiorum malorum extinguentis, cunctâsque scelerum maculas diluentis. Hûc illis precamur thesaurum tuum, hunc illis fontem aperire dignare. Quòd autem spectante turba eorum qui hos lapidare voluerât, gloria domini super eos apparuit, illud profectò significatur quod per prophetam dicitur: Male dicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me con-

sa rcti
quando
amplius a
deo com-
mendatur
Num. 12.

fundentur, seruus autem tuus lætabitur. Siquidem tunc de
Moyse summæ laudis præconio commendauit, vel quum
aduersus hunc Maria soror in deractiones & vituperia pro
rupit. vel quum hunc pessimi infano furore lapidare uolue
rant, ut per hoc intelligamus bonos diuino munere eò fie.
ri gloriosiores, quò magis à pessimis quibusque falsis cri
minationibus insectantur.

¶ Circa secundum dicitur:

Locutusque est dominus ad Moysen dicens: Tolle vir-
gam, & congrega populum tu & Aaron frater tuus, &
loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Qu-
que eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo &
iumenta eius. Tulit itaque Moyses virgam quæ erat in
conspectu domini sicut præceperat ei, & congregata est
multitudo ante petram.

¶ Hic describitur ad aquæ postulatæ perceptionem populi
preparatio Nam ut ad cœlestis gratiæ perceptionem po-
pulus credentiũ foret non indignus, iussus est per apostoli
cam prædicationem assumptis in testimonium veritatis le
ge & prophetis (quæ per Moysen & Aaron designantur) ius
tus inquam est congregari, & cõdemnari in vnã fidem,
in vnã ecclesiam, in vnum baptismum, in spem vnã, & in
vnã indiscissam concordiam & dilectionem Sicut per La
cam de fidelib⁹ in primitiua ecclesia dicitur: Multitudinis
credentium erat cor vnum & anima vna. Quisquis autem
ab istius congregationis vnitatẽ discesserit, gratiæ cœlestis
perceptione prorsus extat indignus.

A. Ctu. 4.

crucis
Christi
typus.

¶ Nec illud otiosum est, quòd Moyses populum congrega-
turus, virgam tollere iubetur, quæ erat in conspectu domi-
ni: virgam, inquam, qua Pharaõ percussus, & grauissi-
mis plagis affectus, tandem dei populum dimiserat. Siqui-
quidem per virgam hanc, Christi redemptoris nostri ciuicẽ
intelligimus, qua nimirum & diabolus percussus, & huma-
num genus liberatum est. Hac enim virga credentium po-
pulus, utique oues Christi, quæ erant dispersæ, congregan-
tur, dum vnanimi fide populi gentiũ per orbem terrarum
crucifixum dominũ venerantes adorant, & sub crucis ve-
xillo tota Christi militia congregata aduersus principes &
potestates, contra mũdi rectores tenebrarum harum, pro
Christi

Per chri
sti crucem
fidelium po-
pulum co-
adunari.

Christi gloria, ac promissa hereditate depugnat. Itaque si
quam gratiæ cupimus obtinere, primum non oportet per
Christi crucem (vt dictum est) in vnum congregari.

¶ Circa tertium dicitur:

*Quumque eleuasset Moyses manum percutiens virga
bis silicem, egressæ sunt aquæ largissime, ita vt populus
biberet & iumenta.*

¶ Hic describitur è petra percussa mirabilis aquarum edu- 1. Cor. 10.
ctio. Cuius rei mysterium Apostolus aperiens: Bibebant, in
quit, de spiritali consequente eos petra, petra autem erat
Christus. Vtique petra seu lapis quem reprobauerunt Iudai- Petra
Christus
eam synagogam ædificantes, qui nihilominus ordinatione
diuina factus est in caput anguli, duos in se parietes ad vni-
uersam ædificationem ecclesiæ coniungens, gentium videlicet po-
pulum atque Iudæorū, quod vtiq; factum à domino mi-
rabile fuit in oculis populi peccatoris, qui hoc vidit & inui-
dit, sicut per prophetam fuerat prænunciatum: Peccator vi-
debit & irascetur dentibus suis fremet & tabesceat.

¶ Hanc petram Moyses, id est, Iudaicæ synagogæ populus Christus
peccator & perfidus, Mosaicæ legis (vt iactitabat) sectator virga cru-
cis huius per-
cussus.
tunc virga percussit, quam dei filium insano furore crucifi-
xit. Crux enim virga est, qua pro nobis Christus dominus
percutus est. Quod autem bis virga petra percussa fuisse
memoratur, hoc significare putamus, quod non modò gens
impia per crucem Christum interimere, sed etiam nomen
eius, & gloriam per turpissimū genus mortis de terra por-
tus eradere cupiebat.

¶ Porro quod petra percussa mox aquam effudit. Hoc est, quod Quod pe-
tra percus-
sa aquam
dedit quid
est. 2. &
10.
Christus crucifixus & glorificatus, sancti spiritus gratiam
non modò super apostolos, & eos qui Israel crediderant in
die sacro Pentecostes, sed etiā in nationes gentium effudit
Antè verò quàm hæc petra, id est, Christus virga crucis per-
cuteretur, nondum (vt Ioānes ait) erat spiritus datus, quia
Iesus nondum erat glorificatus, sed non nisi per crucem erat
peruenturus ad gloriā, sicut ipse iam à morte rediuuius ait
Oportebat hæc pati Christū, & ita intrare in gloriā suam Ioan. 7.
Luca. 24.
¶ Biberunt proinde & homines & iumenta, quia spiritus Homines
& iumen-
ta quid.
mines
sancti gratiam, ardorem, & sitim cupiditatum malarum ex-
tinguentem, perceperunt, & de Iudæis conuersi, quasi ho-

mines rationabiles, utpote diuinis instituti præceptis, & cõuersi de gentibus, qui quasi iumenta deum prius ignorauerant. Rursum non modò iusti, sed etiam peccatores & carnaliter antè viuentes spiritus sancti gratiam quasi iumenta perceperunt.

Lapide
virgabis
percuti-
mus moysa
litæ.

¶ Quid autem ex his ad mores referatur aduerte. Cor peccatoris durum & graue, aridum & sterile, per petram non incongruè significatur. Quod ut aquas compunctionis per lachrymas effundat, humili peccatorum suorum cognitione, & virga timoris domini percussu necesse est, quod quasi bis virga crucis percutimus, dum ipsam domini passionem & mortem quam propter nos pertulit, non solum attenta meditatione ad memoriam reuocamus, sed etiam crucem penitentia baiulando hanc deuotè imitamur.

SABBATO POST
Oculi.

Dan 13.



*L*ens suspexit in cælum, erat enim cor eius fiduciam habens in domino.

¶ Ex hac lectione tria nobis sunt consideranda. Primum est conficta aduersus innocentem calumnia. Secundum est innocentis in domino fiducia. Tertium est sperantis in domino liberatio digna. Primò à principio lectionis. Secùdum, ibi, *Quæ flens suspexit in celum.* Tertiu, ibi: *Exaudiuit autem dominus.*

¶ Circa primum dicitur:

Erat vir in Babylone, & nomen eius Ioachim, & accepit uxorem nomine Susannam, filiam Helchi & pulchram nimis, & timentem deum.

Susanna ¶ Commendatur Susanna & à generis nobilitate, & à formæ decore, & quod his est longè præstantius, à probitate morum & timore domini. Parentes enim eius quum essent iusti erudierant filiam suam secundum legem Moysi. Huic ob formæ decorem concupiscentiis suis illecti, insidiati sunt duo senes, iudices populi. Qui tametsi essent ætate senes, officio iudices, dignitate sacerdotes: nihilominus tamen à concupiscentia sua in transuersum acti, obseruantes & deprehendentes quadam vice solam in pomerio viri sui se lauantes, ad scelus sollicitant, mortem illi & infamiam

*Senes im-
pudici.*

niſ
co
fer
vn
giã
d
¶ E
pu
qu
cer
ten
ma
da
alt
cla
vel
mo
¶ P
uer
Qu
suis
(ve
no
ran
in p
fit c
lese
qui
rat,
sem
rei
fi tu

cia
¶ H
sus
in t
ind
se c

nisi consentiat intentantes. Dicemus, inquit, testimoniū contra te. quod fuerit tecū iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te. Ingemuit illa, & ait: Angustia mihi sunt undique. Si enim hoc egero, mors mihi est: sinantē, nō effugiā manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus hominū, quā peccare in cōspectu domini. ¶ Ecce quanta constantia, quanta virtus pectoris generosi pudicitiam vitæ præferentis, & mortem potiùs eligentis, quā pari turpitudinem: quæ tamen necdum audierat dicentem: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animā autem nō possunt occidere, exclamauit itaque Susanna, exclamauerunt autem & senes aduersus eam. Qui vt aliquo mēdacem calumniam fūco possent adumbrare, cucurrit eorū alter, & aperuit ostia pomerii. Irraentibus autem seruis ad clamorem, quum loquuti fuissent senes, erubuerunt serui vehementer, quia nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de Susanna.

¶ Postridie senes iniqui atque impudici quod cœperant aduersus innocentem executuri, vocauerunt eam ad iudiciū. Quæ venit cum parentibus, & filiis, & vniuersis cognatis suis. Flebant autem sui, & omnes qui nouerant eam. At illi (vt testibus mos erat) ponentes manus super caput eius, innocentem & pudicam de adultetij crimine mendaciter coram omnibus accusabant, dicentes: Quum deambularem in pomerio soli, ingressa est hæc cū duabus puellis, & clausit ostia pomerij, & dimisit à se puellas. Venit ad eam adolescens qui erat absconditus, & concubuit cum ea, & illum quidem nequiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & aperto ostio exiliuit. Hanc autem quum apprehendissemus, noluit indicare nobis quis esset adolescens. Huius rei testes sumus. Credidit eis omnis multitudo populi quasi iudicibus, & condemnauerunt eam ad mortem.

¶ Circa secundum dicitur:

Quæ flens suspexit in cœlum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino.

¶ Hic ponitur confidentis in domino fiducia. Flens, inquit suspexit in cœlum. In cœlum flens suspexit, quæ liberatorē in terra non habebat. Erat autem cor eius fiduciam habens in domino. Quidni cōfidat in domino quem aduersum falsè criminantes innocentis vitæ defendit conscientia? quæ pudici.

Mira constantia & amor pudicitia.

Matt. 10.

Innocens confidit in domino.

1. Par. 20

pu dicitiam ob dei timorem, etiam vitæ præferre non dubi-
tauerat? Fiduciâ ergo habebat in domino, qui humano de-
stitutis auxilio, & in se sperantibus solet subuenire. Quem-
admodum pius rex Iosaphat quâ ob imminentes sibi ho-
stes anxio fluctuaret animo, dicebat: Quâ ignoramus quid
agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos no-
stros dirigamus ad te. Vndè & propheta ait: Ad te leuaui o-
culos meos, qui habitas in cœlis. Itaque iniquo iudicio in-
nocens ad mortem damnata, clamauit ad dominum & ait:
Deus æternæ qui absconditorum es cognitor, qui nosti o-
mnia antè quàm fiant, tu scis quia falsum testimonium con-
tra me tulerunt: Et ecce morior quum nihil horum fecerim
quæ isti malitiosè composuerunt aduersum me. Sed non
dereliquit eam qui nouit pios de tentatione eripere, ini-
quos verò in diem iudicij reseruare cruciandos. Adiutor
est enim in oportunitatibus in tribulatione.

2 Pet. 2.

¶ Circa tertium dicitur:

Exaudiuit autem dominus vocem eius.

Per Da-
nielem Su-
anna la-
beratur.

¶ Clamitat enim antè deum vox oppressorum. Quum ergo
duceretur ad mortem, suscitauit dominus spiritum Danie-
lis, qui exclamauit in populo & ait: Mundus ego sum à san-
guine huius. Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimo-
nium loquuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo popu-
lus cum festinatione. Et dixit Daniel: Separate eos (nimirum
impios illos & impudicos falsos testes, crudeles homici-
das) hos separate ab inuicem procul: ne fortè colloquentes
aliquid inter se quo possint euadere confingant, & diiudi-
cabo eos. Qui ergo diuisi essent ab inuicem, vocauit alte-
rum eorum, & ait ei: Inueterate dierum malorum, nunc ve-
nerunt peccata tua quæ operabaris prius iudicans iudicia
iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicen-
te domino, Innocentem, & iustum non interficies. Nunc et
gossi videris eam, dic sub qua arbore videris eos colloquē-
tes sibi. Qui ait: Sub cino. Dixit autem Daniel, Rectè men-
titus es in caput tuum. Ecce enim angelus domini accepta
sententia ab eo scindet te medium: Quo amoto iussit ve-
nire alterum, cui ait: Semen Chanaan & non Iuda, species
decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Sic facie-
batis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis,

Exod. 23
Conuin-
cuntur te-
stes falsi.

sed

sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes tibi. Qui ait, Sub prino. Dixit autem ei Daniel. Recte mentitus es, & tu in caput tuum. Manet enim angelus domini gladium habens, ut fecerit te mediū & interficiet vos. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt dominum qui saluat sperantes in se. Et illi quidē impietatis suæ mercedem accipientes inciderunt in foueam quam ipsi foderant, & lapidibus obruti interfecti sunt. Ex qua re gesta spectabile atque imitabile cunctis (præsertim fœmineo sexui) tuendę pudicitię præbetur exemplum. Et nihilominus per hæc patet verum esse quod per Salomonē dicitur: Iustitia rectorum liberabit illos, & in insidiis suis capientur iniqui.

*Impudici
sedes in-
terficiuntur.*

Prov. 11.

¶ Possumus autem & hæc quę dicta sunt per tropologiam intelligere, ut ea ad morum ædificationem conuertamus, ut videlicet per Susannam fidelem animam accipiamus. (Susanna enim interpretatur, gaudium gratię dicitur) dei misericordia adiutam, & per resipiscētiā à peccatis, deo coniunctam. Hæc veri sui, id est Christi, pomerium intrat, quum ad verbi cœlestis & scripturæ sacræ latissimā amœnitatem se tota mentis intētiōe conuertit. Illic enim scaturiunt limpidissimi agnitionis & intelligentię fontes. Illic lachrymarum stillicidia humanæ mentis solum innudant. Illic rursus omnigenarum virtutum flores comopinionis sanctæ fragrantia. Illic denique curandis medicamina vitii, præsertim compunctionis & pœnitentię absinthium, quod interiora mordentis conscientię vermem necat, abundè reperitur.

*pomeriū
quid.*

*Diabolus
vnde sti-
muletur.*

*Mundus
quid sug-
gerat.*

¶ Quum igitur illuc fidelis anima purificandi gratia quasi causa lotionis se conuertit, inuidiæ stimulis diabolus cruciatur. Itaque assumpto secum ad fraudem socio, vel maxime accommodo, videlicet mundo, nullo non fraudum, & deceptionum genere instructo, ad peccati ruinam (spirituale videlicet adulterium) animam à peccato iam mundatam importunè sollicitat, & instanter. Mundus nempe suggerit præsentis sectari delicias, delectationibus carnis & bonis frui quæ nunc sunt, carpere brevis æui florem prius quam marcescat.

¶ Porro diabolus, mendaci; pater, & homicida fraudulenti-

FERIA SECUNDA

*Diabolus
quid sug-
gerit.*

tus ab initio, suggerit vite spacia longioris, posse hominem agere penitentiam tempore senectutis, misericordem esse Deum, qui vel in extrema vite hora vniuersa peccata dimittat. Quibusdam vero, quos facilius se posse decipere credit, errores, hæreses, & schismata suggerit, non esse confitendum sua peccata sacerdoti, non esse ieiunandum, non colendos aut inuocandos in suffragium ante deum sanctos, non esse veneranda Ecclesie sacramenta, denique fide sola sine operibus hominem posse saluari, illud proculdubio per hæc intendens, ut suppliciiis gehennæ quasi quibusdam funestis lapidibus contaminatam, peccatis animam tandem possit obruere. Quod si his quæ suggerit, peccatis per consensum non acquiescat, ipse illam vndique persecutionibus angit, tentationibus infestat, fatigat tribulationibus, aduersitatibus pulsat, criminationibus falsis per prauos homines accusat, odientium linguis flagellat, & dum ad verum crimine deducere nequit, crimine falso mentientium linguis tristius exacerbat, ac si dicat: Nisi commiscearis nobiscum, dimitemus contra te falsum testimonium, ut animam quam voluprate peccati illicere non valet, impatientia tandem & pusillimitate deiiciat.

*Inter ten-
tationum
angustias
quid fa-
ciendum.*

¶ Porro inter hæc mala lachrymis & fiducia, cœlestis fidelis anima presidium querat, & flens suspiciat in cœlum quæ sic vndique premitur in terris. Enimvero suscitabit ei dominus Danielem. Non enim in fine obliuio erit pauperis. Daniel autem iudicium interpretatur, quo nomine quid congruentius, quam in luce veritatis iusta rerum æstimatio, iustumque de seculi vanitate iudicium accipiatur? Hæc quippe & voluntatum mundanarum breuitatem, & perpetuos gehennæ cruciatus fideliter ostendit. Quod fit ut testes falsi & deprehendantur & conuincantur, & à peccati morte anima liberata sponso suo Christo reddatur incolumis.

FERIA SECUNDA

post Latære.

3. Reg. 3.



Imuerunt regem videntes sapientiam dei esse in eo, ad faciendum iudicium.

¶ In hac lectione tria comprehenduntur. Primum est litigantium meretricium equanimis

rimis auditio. Secundum est sagacis prudentiæ subtilis indago. Tertium est subtilis iudicij æqua diffinitio. Primum, à principio lectionis. Secundū, ibi: Tunc rex ait. Tertium, ibi: Respondit rex, & ait: Date illi.

¶ Circa primum aduertendum est; quòd doctrina hominis per patientiam eius agnoscitur, quod in sapientissimo Salomone in hac causa apparuit. Qualiter autem sapientiam fuerit assequutus, ante lectionis huius initium describitur. Quum enim confirmatum esset regnū in manu eius, immolauit domino ritu solenni mille hostias super altare, quod erat in Gabaon. Apparuit autem ei per somnium nocte dominus, dicens: Postula quod vis, vt dem tibi. Qui quū p̄ter ceteris omnibus rebus postulasset docile cor & sapientiam, vt Dei populum posset iustè iudicare, placuit sermo coram domino. Et dixit ad eum: Quia postulasti verbum hoc, & nō petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum: sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos. Et dedi tibi cor sapiens, & intelligens intantū vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Hæc itaque diuinitus sibi collatam sapientiam breui post tempore difficilis & ambigua causa probauit. Venerunt quippe ad eum iudicij causa duæ mulieres meretrices, & steterunt coram eo. Quarum vna dixit: Obsecro mi domine. Ego & mulier hæc habitabamus in domo vna, & peperī apud eam in cubiculo: tertia autem die p̄st quam ego peperī, peperit & hæc, nec erat alius quisquam in domo nobiscum. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte, dormiens quippe oppressit eum, & surgens intempesta noctis silentio tulit filium meum de latere meo, ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in sinu suo, suum autem filium qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Quūque surrexissem manē vt darem lac filio meo, apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meū quē generā. Respondit altera: Non est ita vt dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuī. Econtrariō illa dicebar: Mentiris. Filius quippe meus viuī, & filius tuus mortuus est. In hunc modum contendebant coram rege.

PROV. 19.

Salomon
postulat
à Deo ac-
cipit sa-
pientiam.

¶ Mi-

salomon
meretrici
quæstioe
pulsatur.

¶ Mira res & spectatu digna, quòd Salomon mox vt diuinas illustrationes accepit, post tantam sibi diuinitus infusam sapientiam, meretricum quæstione pulsatur. Quia ple runque (vt ait Grego.) supernæ gratiæ donis acceptis tentationis aculeo fidelis quisque probatur. Deus enim piorum corda & illustrando ad virtutes prouehit, & mox recedendo tentatione turbati permittit, ne hoc se habere ex semetipso homo vanè gloriatur, sed quid ex semetipso sit ipse experiatur.

3. Reg. 18

2. Reg. 19

1. Cor. 11

Roma 7.

¶ Sæpe enim quum mentem nostram concessis virtutibus diuinæ gratiæ respectus illuminat, mox eam lubricæ cogitationes turbant, vt quæ subleuata immenso munere exultat, etiam tentatione pulsata quid sit inneniat. Sic & Helias visitat⁹ desuper sermone cælos aperuit, & subito probatus infirmus per deserta fugiens mulierem vnã expauit. Sic & Paulus vsque ad tertium cælum penetrans secreta paradisi cõsiderat, & nihilominus ad se rediens contra carnis rebellionem laborat. Vndè aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ. Itaque post collationem muneris Deus hominem probat, quia & collato munere subleuat, & rursus abstracto paululùm, ipsum sibi qualis sit demonstrat.

¶ Circa secundum dicitur:

Tunc rex ait: Afferte mihi gladium. Quumque attulissent gladiũ corã rege, diuidite, inquit, infantẽ viuũ in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit autẽ mulier cuius filius erat viuũ ad regem (commota quippe sunt viscera eius, super filio suo). Obsecro domine date illi infantem viuũ, & nolite interficere eum. Ecõtrario illa dicebat: Nec mihi nec tibi sit, sed diuidatur.

subtilis
inquisitio
veritatis.

¶ Ecce subtilis indago veritatis. Vbi enim testis omnino defuit, sapiens iudex naturæ secretum affectum interrogans, ad verisimilem coniecturam recurrit. Vim naturæ interrogat, & eum qui mentiri non potest, examinat animum maternũ affectum. Quum enim infans vnus ambarum filius esse non posset, sed alterius tantum: & fieri non posset vt obliuiscatur mulier infantem suum vt non miseretur filium

Isa. 49.

fili
viu
gu
fuit
illi
di
nec
der
odi
cis

non

¶ Q
roga
uera
se in

¶ Q
conf
scili
clifi

præ
ga su
pe se
quod
In cu

rem
quæ
missa
bar, &
huius

fuisse
vna,
runt

Nam
pus. v
senten
tuæ f
senten

fili

filio utri sui, experiri voluit vtra illarum erga infantem viuum visceribus pietatis se veram matrē declararet. Linguam quippe non cor mentiri posse nouerat. Hinc palam fuit hanc quæ viuum infantem diuidi voluit, se matrem illius mendaciter asseruisse. Nam viuum infantem discindi non modò materna viscera postulare non possent, imò nec videret, Filium ergo non suum petierat, non vt possideret, sed vt occideret. Non enim hoc fecit filij amore, sed odio æmulæ. Quod etiam hoc quo dictum est modo, sagacis ingenij iudex illico perpendit.

¶ Circa tertium dicitur:

Respondit rex & ait: Date huic infantem viuum & non occidatur, Hæc est enim mater eius.

¶ Quæ videlicet paruuli vitam, vel apud æmulam seruari rogauit. Audiuit itaque omnis Israel iudicium, quod iudica uerat rex, & timuerunt regem videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.

¶ Quæ si ad sensum allegoricum referantur, illud imprimis considerandum est quod non modò in officio dominicæ diei, scilicet hesternæ, sed etiam huius hebdomadæ feriarum, ecclesiæ de gentibus cõgregatæ supra Iudaicam synagogam præminetia ostenditur. Istæ etenim meretrices, synagoga sunt & ecclesia populi credentis, Per idololatriam quippe fornicatæ fuerunt, quas tamen Deus matrimonio suo quodam modo donauit, synagogam primùm post ecclesiã, In cuius rei typum Osee iustus à Deo primùm accepit uxorem fornicariam, deinde adulteram. Proinde mulier illa quæ domini pedes lachrymis rigatos capillis terfit, cui dimissa sunt peccata, ecclesiam de gentibus & ipsa portendebat, quæ tamen nõ habet maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Nec dicimus eam meretricem mansisse, sed fuisse. Pepererunt autem in eadem domo, id est, in ecclesia: vna, carnales legis obseruantias: altera, Christum. Veniunt subinde ambæ per fidem ad diuini examen iudicij. Nam harum altera, videlicet synagoga non cognoscens tempus visitationis suæ, filium suum oppressit. Siquidem præsentem veritate, figurales Iudaicorũ rituum ceremoniarum mortuæ sunt. Quum enim illis scribæ & legisperiti Christo præsentem atque prædicante pertinaciter incumbunt, quasi dor-

K mien.

Linguam
mentiri
posse non
effectum.

Ecclesiæ
supra sy-
nagogam
præminetia.

Osee. 1.

Luc. 7.

Ephes. 5.

mientes somno graui, qui nec à luce veritatis exorta, nec à clamore prædicantis Christi excitari potuerunt synago-
gæ, imò proprium filium, id est, abolendę legis cęremonias
inanes, mortificant prorsus & extinguunt.

*Filius vi-
uus myst.* ¶ Porro per filium viuum opus Deo acceptum non incon-
gruè accipimus. Contendunt autem pro filio viuo, vtraque
sibi illum asserente. Mortuum verò vtraque suum negans,
alterius esse dicit. In ortu siquidem ecclesię credentiũ nõ
nulli è Iudeis ad fidem conuersi, legalium obseruationem
ad salutem esse necessariam affirmantes (vt Lucas refert)

Acto. 13. Nisi, inquit, circũcidamini secundũ morem Moysei nõ po-
testis salui fieri. Ecce quomodo synagoga, mater vtiq; pro-
lis extinctę, filium tamen suum clamat adhuc esse viuum.

Galat. 5. Contra verò gentiũ Apostolus Paulus: Si circũcidamini,
inquit, Christus, nihil vobis proderit. Ecce qualiter ore &
voce Pauli, ecclesia filium suum viuum esse defendit.

¶ Per hoc autem quod ait rex: Diuidite infantem viuũ, uti-
que significatum fuit futurum esse, vt ex circũcisione cõ-
uersi permetterentur quarundam Mosaicę legis cęremo-
niarum ritus ad tẽpus seruare, vsquequo videlicet per gen-
tium nationes Euangelium Christi foret diuulgatum, ne
prorsus reprobata lex, & non à Deo fuisse videretur.

Acto. 15. ¶ Conuersis autem ad Christi fidem ex Gentibus Aposto-
lico pariter & spiritus sancti decreto denunciatum est ser-
uare legalia quędam pauca ad tempus propter pacificam
eorum cum illis in vna fide & ecclesia cõmunionem, abili-
nere scilicet à suffocato, à sanguine, & ab illorum esu quę
idõlis fuerant immolata, & à fornicatione. Conuersi enim
ex circũcisione hæc impensè horrebant. Verũ post sa-
pientia gladio spiritus quod est verbum Dei, figuraliũ ritus
cęremoniarum, nempe impletos in Christo ac repugnãtes
veritati: & hinc pestiferos fidei credentium & exitiales de
medio prorsus sustollendos, nec vltra cũ Euangelio Chri-
sti seruandos irreuocabili decreto sanxiuit. In quo nimirũ

Eph. 6.
*Filius vi-
uus eccle-
się adiu-
dicatus.*
Galat. 5. ¶ Ceterũ vt ex iis nonnulla secundum tropologiam ad
mo-

Galat. 5.

morum eruditionem habeantur, harum altera mulierum dei iustitiam, altera misericordiam exprimi intelligamus. Instat iustitia, ut peccator per mortem, quam meruit (anima à corpore separata) secetur, ac si vitus infans iudicij gladio diuidatur, iuxta quod per Prophetam dicitur: Tollatur impius ne videat gloriam Dei, in terra quippe sanctorum iniqua gessit. Porro misericordia iudicium iustitiae non modò temperat, sed & superexaltat, & vibratum reticiens gladium in vaginam pacis recondit, ac si clamet & dicat: Obsecro domine, nolite interficere eum. Nempe misericordiae domini quòd non sumus consumpti. Non enim putandum est hominum peccata Deum idcirco violatione condigna nò ferire quasi illa ignoret, quum sint omnia nuda & aperta oculis eius, & non sit aliqua creatura inuisibilis coram illo, vel quasi hæc illi non displiceant, vel ea punire non possit, quæ nefas est de Deo vel cogitare, quum sint ei peccata nostra molesta, & ea sustinens laborasse se per Prophetam clamet. Rursus quum omnia quæcunque voluerit faciat in cælo & in terra, non est qui possit resistere voluntati eius, sed est quæ seruat peccatorem ad penitentiam misericordia mater, interpellans pro illo, sic per mortem medium scindatur. Non enim ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Huic (inquit sublimis ille rex, cui omne iudicium dedit pater) date infantem viuum, & non moriatur. Hæc est enim mater eius, hæc eius seruatricis est.

Esa. 26.

Iacob. 2.

Treno. 3.

Hebr. 4.

Esa. 1.

ad Tit. 3.

Ioa. 5.

FERIA TERTIA
post Latate.



CErno, quòd popul⁹ iste duræ ceruicis sit ¶ In hac lectione tria notantur. Primum est, ingratisimæ gentis offensio detestabilis. Secundum est, aduersum hos Dei comminatio valde formidabilis. Tertium est Moyfi oratio potens & Deo acceptabilis. Primum, à principio lectionis. Secundum, ibi: Rursumque ait dominus ad Moysen: Cerno quòd populus. Tertium, ibi: Moyses autem orabat dominum Deum suum.

Exod. 32

K ij

¶ Circa

FERIA TERTIA

*popul^o
cur in ido
latriā
ruit.*

¶ Circa primum aduertendum est, q^o populus Israel videns q^o moram faceret Moyses in monte coram domino, quum essent ipsi ad insolentiam & idololatriam (quam utique in Aegypto exercuerant) procliuēs, dicebant inter se: Moysi huic viro qui nos eduxit de terra Aegypti nescimus quid acciderit, faciamus nobis deos qui p̄cedant nos. Fecerūt ergo sibi ex auro à populo collecto vitulum conflatilem, & ex oblatiis illi hostiis comedebāt, & circa idolum impudicē saltantes ludebant. Quod cernens dominus dixit ad Moysen: Descende de monte, quia peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Aegypti. Reccesserunt citō de via quam ostendisti eis, fecerūtque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias dixerunt: Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.

*Nequisi
ma ingra
titudō.*

¶ Vbi patet ingratisimē gētis perfidia detestanda quā post tanta & tot magnalia quę ad eorū liberationem coram eis fecerat dominus, eorū percutiens hostes, & ipsos saluans, post tantorum dona beneficiorum, Deo derelicto ad idololatriam se conuerterunt.

¶ Patet etiam eorū inconstantia & leuitas. Citō enim reccesserunt de via recta, sicut scriptum est: Citō fecerunt, obliuati sunt operum eius. Denique falsitas eorum elucet. Dixerūt enim audiēte Deo in corde suo (cuius auditor est de^o) Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti, scilicet mendaces blasphemia summi Dei beneficiū, maximū, metallo vanissimē tribuentes. Peccauit, inquit, populus tuus, quia in tale ac tantū scelus prolapsus iam non est meus. Tuus, inquit, tam cognatione carnis, quā affectu sollicitudinis. Reccesserunt citō, nempe pedes suos, & nō quiuērent mouere pedes suos, & nō quiuērent ad omne bonū, quam ostendisti eis. Hinc aduertimus quā sit gregi damnosa absentia pastoris. Non enim scelus hoc Moysē p̄sente tentassent. Nam plerūque etiam sola p̄lati p̄sēntia subditorum non solū minus ab opere malo, sed etiam animos compescit & mentem. Pastoris p̄sēntia lupum arcet à grege quem illo absente erat inuasurus: Quippe securus accedit tentator, ubi nullus timetur reprehensor.

*Mercēna
ri^o nō pa
stor quis
sit.*

¶ Sed p̄latus qui non nisi temporalia commoda quaerit.

tit, t
de la
inua
sube
ralit
& r
inter
tuun
anim
sa, cu
num
stori
nem.
¶ Ad
tam
corpe
cris h
cupis
micur
R
pulus
meus
magn
¶ H
valde
ceruic
ta & a
verbis
Nam
¶ Itaq
cium
ra & a
quod
retulit
p̄dic
bi sem
¶ Secu
rit.

tit, mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus sed de lacte & lana tantum. Hic videt gregem sibi commissum inuadente lupo dispergi, & fugit non locum deserendo, sed subtrahendo auxilium. Fugit tamen interdum etiam corporaliter, pomparum seculi sectator, vel ad curias principum & magnatum, vel ad carnis suæ delicias & voluptates, quum interim dispersi per errorum deuia subditi, idola sibi constitunt, illis ludetes, illis non quaslibet hostias, sed proprias animas litantes. Porro deus qui ab alto contuetur vniuersa, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum hominum, corda intuentes in abscondito, peccante populo pastori mandat. Vide, inquit, quid agatur, operare discussio-
nem, exequere iustitiam, curam vigilem impende.

Ioan. 10.
Grex vt
dispergitur.

Eccle. 23.

¶ Ad hunc modum citò recessuri sunt plerique post acceptam peccatorum remissionem, & dominici communionæ corporis: recessuri sunt, inquam, de via pœnitentiæ, quæ factis his diebus illis ostenditur, ambulaturi post carnis concupiscentiam in immundicia, quasi canis reuersus ad vomitum, & quasi sus lota in volutabro luti.

Inconstan-
tia eorum
qui relap-
suri sunt
PROM. 26.

Circa secundum dicitur:

Rursumque ait dominus ad moysen. Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámque te in gentem magnam.

¶ Hic notatur aduersum præuaricatores dei comminatio valde formidabilis. Cerno inquit, hunc populum esse duræ ceruicis, id est, superbix indomabilis, quæ duræ atque erectæ inflexibilisque ceruicis nomine designatur. Quod aliis verbis in plerisque scripturæ locis duritia cordis dicitur.

Nam cor durum & dura ceruix pro eodem habentur.

¶ Itaque duræ ceruicis siue duri cordis incommoda operetium est aduertere, quorum vnum est, quòd sicut terra dura & arida sparsum semen intra se non recipit, imò potius quod super petram diuini verbi semen cecidit: idcirco non retulit fructum, quia non habebat humorem: ita cor durum, prædicatum vel diuinitus inspiratum viuificum cœlestis verbi semen non admittit.

Duri cor
dis incom-
moda.

¶ Secundum est, quòd spiritui sancto pertinaciter resistit

Actu. 7. vnde ad impiam Indæorum synagogam aduersus dominū & aduersus Christum eius in concilio congregatam per inuictum Christi testem dicitur: Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resististis, cuius resistentiæ modum subiungit, dicens: Quem prophetarum nō sunt persecuti patres vestri? Parum eis est quod spiritui sancto non acquiescant, nisi & insuper resistent, repugnent, & impugnent.

Roma. 2. ¶ Tertium est, quod iram dei sibi thesaurizat, prout Apostolus ad Romanos scribens ait: Secundum duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Illius autem thesaurus augetur, qui certatim ad peculium inferēs nihil inde quo minuatur tollit. Non secus duri cordis peccator thesaurum iræ cœlestis quem sibi quotidie sceleribus auget, per pœnitentiam & opera sancta non dissipat.

Eccle. 23. ¶ Quartum est, quod finem malum sibi superinducit, sicut per Sapientem dicitur: Cor durum malè habebit in nouissimo, quum videlicet illi occurrerit dura atque importabilis ira dei. Quum autem durum aliquid duro occurrit, quod infirmius est confringatur & cedat necesse est, quo modo si saxo grandi de altissimo monte ruenti in præceps, occurrat olla testea. Hinc ad ipsum viuorum iudicem atq; mortuorum, de his qui duro sunt corde dictum est. Reges eos

Simile in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. De qua confectione per Esaiam dicitur: Pro eo quod reprobatis verbis hoc, & sperastis in calumnia & tumultu, & ininixi estis super eo & sequitur: subitò dum non speratur, veniet contritio eius, & conminuetur sicut conteritur lagenæ figuli contritione perualida, & nō inuenietur de fragmenti eius testa in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fovea. Sequitur:

Esaiæ 30 ¶ Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos. Quid est deum dicere dimitte me nisi precandi ansam præbere? Per inde est enim, ac si dicat: Pensa quantum apud me valeas, & cognosce quia potens es obrinere à me quicquid propulo postulaueris.

Iob. 9. *ira dei* *nim quis* *quam pos* *sit resistere* ¶ Sed huic obuiare videtur quod in Iob scriptum est: Deus cuius iræ resistere nemo potest, quum (sicut hinc patet) ira dei Moyses obstiterit, qui supernæ percussiois impetum sua

suae mortis obiectione restrinxit, dicens: Aut dimitte eis ^{Num. 26}
hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti Aaron
quoque plagam ignis in populo iam grassantem, incensu fu-
mo & deprecatione repressit. Rursum Phinees fornicantem ^{Num. 25.}
cum muliere alienigena trucidans in zelo suo, divina indi-
gnationis furorem gladio placauit. Denique ferienti popu-
lum angelo Dauid sese ferientem offerens, placationis gra-
tiam antequam compleretur ultionis tempus obtinuit.

¶ Sed irae dei resisti non potest, quum se ad ultiscendum con-
silio sui predestinata stabilitate mouet. Nec utiliter cuius-
quam deprecatio illius irae se obiecit, nisi ab ipso acceperit
ut se opponat. Rursum irae dei tunc nullus resistit, quum se-
mel aliquid ab intimis irascendo disposuit. Unde nec Moy-
ses ipse qui reatum totius populi precibus suis deterisit, & irae
dei vim placauit, ad petram Oreb veniens, & pro aquae exhibi-
tione diffidens, terram promissionis ingredi domino irascen-
te non potuit, tametsi de hac re se affligitur, & desiderio tur-
batur: dispositae tamen ultionis iracundiam a se repellere non
valuit, qui tamen eam volente domino a populo amouit.
Hinc rursum Dauid prostratus a plebe angeli, gladium pre-
tere cōpescuit, quum tamen prius ploras & eiulas nudis pedibus
filium lugeret, quoadusque perpetrati facinoris ultionem ad
plenum reciperet, iram dei non valuit pro semetipso temperare.

¶ Circa tertium dicitur:

Moyse autem orabat dominum deum suum, dicens: Cur do-
mine irascitur furor tuus contra populum tuum quem edu-
xisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu
robusta? Ne queso dicant Aegyptii: callidè eduxit eos
ut interficeret in montibus, & deleteret de terra. Quiescat ^{Moyse pro}
irata tua, & esto placabilis super malitia populi tui. Recor- ^{populo pe-}
dare Abraham, Isaac & Iacob seruorum tuorum quibus ^{tensoratio.}
iurasti per te ipsum, dicens: Multiplicabo semen ve-
strum sicut stellas caeli, & uiuersam terram hanc de qua
loquutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam sem-
per. Et post pauca: Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non
facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.

¶ Vbi ponitur Moyse potens & accepta deo oratio. In qua
oratione & fideliter interpellat pro populo peccato-

Exod. 4.
Esai. 49

re, & fortiter ac sapienter allegat. Cur, inquit, domine irascitur furor tuus contra populum tuum, non meum? Dixisti enim: Filius meus primogenitus Israel. Et rursus dicturus es per Prophetam tuum, Si potest mulier obliuisci infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui ego tamen non obliuiscar tui. Cur ergo tu deus secundum cuius magnitudinem etiam magna est clementia, cui proprium est misereri semper & parcere, irasceris populo tuo, qui etsi peccat, nihilominus tamen populus tuus est?

Honori
dei confisus
lit moyses

¶ Allegat proinde impensum diuinitus populo beneficium quum dicit: Quem eduxisti, quem liberaisti de terra Aegypti, de domo seruitutis iniquae, ut tibi populus iste tuus seruiret, quem tamen non paruo negotio, aut faciliter eruisisti sed in fortitudine tua magna, & in magno robusta. Quem populum tuum si modo deleueris, quis ex nunc enarrabit magnalia tua? Profecto tam grandia populo huic collata bona in vanum fuisse concessa videbuntur. Rursus si populo tuo, inquit, peccatum hoc non dimiseris, honor & gloria tuae maiestatis (propter quam creata sunt vniuersa) non paruum huic accipiet detrimentum. Mentientur quippe inimici tui Aegyptij, & blasphemantes nomen tuum dicturi sunt: Callide eduxit eos, ut interficeret in motibus, & deleteret de terra: & quia non potuit illos in promissam perducere hereditatem, ideo extinxit eos. Et quid facis nomini tuo magno? Quiescat ergo ira tua, & esto placibilis super nequitia populi tui.

Patrum
gratiam o
rans com
memorat.

¶ Denique patrum populi huius praetendit gratiam, horum pro filiis veneranda nomina commemorans quod non nunquam filiis malis pia patrum merita subueniant. Horum ergo non modo gratiam allegat, verum etiam diuinæ pollicitationis iuramento firmatae stabilitatem: quasi dicat: Quod semel promissisti, mutari fas non est. Iurasti per teipsum, quem homines peierare non audent, quod multiplicares semen eorum sicut aëllas cœli, & quod promissam terram eorum semini traderes in possessionem, & eam possessuri forent semper. Quod tamen intelligendum est in illius terrae significato. Non enim terram illam possederunt aut possident semper, quia illam propter peccata sua iam multo tempore perdidērunt. Sed qui verè semen Abraham & Israel sunt secundum fidem, promissiones aeternae hereditatis

ratis (cuius illa typus erat) per Christi gratiam accipiunt. *Semetipsum deo pro populo opponit*
 ¶ Postremò verò aut dimitte, inquit, eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Magna de precantis fiducia, nec aliunde prorsus quàm de sincero diuini amoris fonte procedens. Quis enim deo dicere audiet Dimitte eis hanc culpam, aut dele me de libro vitæ, nisi sit deo dilectione coniunctus quod nullatenus posse fieri putet vt vnquam ab eo separetur. Porrò tales peccatores, tales mediatores, tales pacis legatos quærit ipse deus, sicut per Prophetam dicit: *Ezec. 22.* Quasiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissipare cam, & non inueni, effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos. Sed non in vanum iste pacis conciliator patrem misericordiarum deprecatus est. Sequitur enim:

¶ Placatusque est dominus, ne faceret malum quod loquutus fuerat aduersus populum suum. Nihilominus tamè aduertendum est, quòd in hunc populum Moyses ipse quem *Exod. 32. Dei iniuriam vt Moyses vlciscitur.* precibus ab interitu liberauerat, mira atque districta postmodum seueritate iudicis animaduertit, & cui precibus obtinuit vitam, in hunc statim post seuerè vltus est diuinæ offensionis iniuriam. Stans enim in porta castrorum iustitiæ zelo succensus clamauit, dicens: Si quis est domini, iungatur mihi. Cògregati que sunt ad eum omnes filij Leui, quibus ait: Ponat vir gladium super femur suum. Ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suum. Feceruntque filij Leui iuxta præceptum Moysi, cecideruntque in die illo quasi viginti tria millia hominum.

¶ Hinc perpende quemadmodum in rectoribus atque doctoribus erga subditos esse debeat, & consolans misericordia, & piè sæuiens disciplina. Attende Moysen fideliter & piè amantem, & nihilominus in delinquentes districtè sequentem. Quum enim illi diceretur à domino, descende, peccauit populus tuus iste, & pœnam comminans mœx subderet: Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos de terra, sepem ille semetipsum iræ dei opponens (vt dictum est) aut dimitte, inquit, eis, aut dele me de libro quem tu scripsisti. Penset qui volet, erga populum hunc amantis affectum, pro cuius salute nomen suum è vita & salute deleri

*Gregori^o
Exemplum
rektorib^o.*

FERIA QVARTA

deberi petiuit. Rursum quanto reſtitudinis zelo, quum veniam obtinuiſſet ad populum veniens, ait: Ponat vir gladium ſuper femur ſuum, & cætera quæ ſequuntur.

*Moyſes a
pud deum
& populi
legatus
fortis.*

¶ Ecce qui omnium vitam cum ſua morte petiuit, quorundam vitam gladio extinxit. Sic eos amauit quibus præfuit, vt pro eis non parceret ſibi, delinquentes verò ſic perſequutus eſt, vt nonnullos eorum etiam parcente domino proſtrauerit. Vtrobique legatus fortis cauſam populi apud deum precibus, cauſam verò dei apud populum gladiis allegauit. Intus amans, intus iræ dei ſupplicando obſtitit: foris ſæuens, culpam feriendo conſumpſit. Et ideo deus citius audiuit agen tem pro populo, quia vidit quid facturus eſſet ſuper populum pro deo. Vtrumque ergo Moyſes miſerit, vt nec diſciplina deeſſet miſericordiæ, nec miſericordia diſciplinæ.

FERIA QVARTA POST
Latate.

Eſaiæ. 1.



I volueritis & audieritis me, bona terra comedetis.

¶ In hac lectione reprobatis teſtamenti veteris ſacrificiis, vera nobis animarum medela monſtratur. Vbi primò ponitur ſalutariſ exhortatio. Secundò, deſyderandę ſalutis veniæ, ſcilicet & gloriæ promiſſio. Primum à principio lectionis. Secundum, ibi: Si fuerint.

*Iudaica ſa
crificia à
deo repro
bata.*

¶ Circa primum notemus ex his quæ antè hanc lectionem antecedunt ſuperuacui cultus & ſterilis ſacrificij reprobationem, quum dicitur. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarū dicit domious? Plenus ſum, Quasi dicat: Nullo horū indigeo, nil his delector. Meus eſt enim orbis terre & plenitudo eius, ſacrificiis veſtris plenus, quia & rēdio affectus ſum. Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum, & hircorum nolui. Quo nimirum oſtendit ſe Iudaica ſacrificia nunquam amaſſe, ſed illa ne populus ad idololatriam pronus in idola deſueret ad tempus toleraſſe. Proinde propter ſignificatum per illa Chriſti ſacrificium ea præceſſiſſe, quo vti que vero ſacrificio præſente, ea pro nihilo reputaſſe. Subdit enim: Ne offeratis vltà ſacrificium fruſtra. Incenſum abominatio eſt.

*Quoſ ſacri
ficia tole
rata.*

est mihi. Neomenias, & sabbatum, & festiuitates alias non feram. Calendas vestras, & solennitates vestras animam meam, facta sunt mihi molesta.

¶ Quum extēderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & quū multiplicaueritis orationē nō exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Sanguine videlicet iustorū & prophetarū: & tandē sanguine domini ipsorum, quē admodū ipse illis non quidē præcipiens, sed quod facturi erant prædicens, ait: Implete mensurā patrum vestrorū. Illi interfecerūt prophetas, vos interimite filium familiās. ¶ Porro quod dictum est, Quum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & quum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: in illos etiam dici potest, qui quum sint scelerum assiduitate cōtaminati, in oratione nihilominus manus ad deum tendunt, sed quasi sanguine plenas. Et mox sequitur:

Lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersè, discite benefacere.

¶ Enumerat ea quibus (vtique sacrificiis semper acceptis) deus peccatori reconciliatur. Et primò ponuntur ea quibus homo rectè agit erga semetipsum, deinde illa quibus rectè agit erga proximum: Ibi, *Quærite iudicium.*

¶ Circa primum dicit: *Lauamini* quasi dicat: *Vetera illa sacrificia odiui, sed placet veritas euangelij. Euanesceat & pertranseat figurarū umbra, veritas præsens elucescat. Lauamini itaque in sanguine agni, in salutaris aqua baptismi.*

Quòd si vos post baptismum rursus peccato contaminaueritis, tum pœnitentiæ lachrymis vos abluite.

¶ Habet enim tam pœnitentiæ lauacrū, quàm baptismus ab effuso Christi sanguine animas purificandi virtutem.

De qua peccatorū ablutione, necnon & per spiritus sancti gratiam animæ sanctificatione per Ezechielem Dominus antè prædixerat: *Quum sanctificatus fuero in vobis, videlicet per fidem, & nominis mei confessionē, tollam vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducā vos in terrā vestrā, quæ est ecclesia credētium. & effundam super vos aquam mundam, id est spiritus sancti gratiā, per illam aquā significatam, quæ ex aperto dominici corporis*

Cur orantes non exaudiat

Matth. 23.

Lauacrū anime duplex.

*Ezech. 36
perfectio
hominis
sanctificatio ostenditur.*

Ioan. 19.

latere

FERIA QVARTA

latere dextro profluxit, & mundabimini ab omnibus iniquamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris, id est, rebus quas deo prætulistis, mundabo vos. Lauamini itaq; inquit, & facite dignos pœnitentiæ fructus. Sed quia non sat est fuisse à peccatis ablutum, si denuò vosmetipsos sceleribus contaminare perrexeritis, hinc est quòd quum dixisset laua mini, mox adiecit: Mundi estote, scilicet de cætero in futurũ. Non enim habitabit in tabernaculo domini, nisi qui ingreditur sine macula, vndè & qui mundo sunt corde, à domino beati prædicantur.

Matt. 5.

¶ Quia verò munditia hæc quæ per innoationem mentis acquiritur, nisi præsentem atque opitulante spiritu seruari non oprest, ideo quum dixisset, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos, mox subiicit: Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, quo præsentem & vos conseruante, in cordis munditia perseuerare poteritis. Et ne quis forsan Iudaico more (tota quippe Iudæorum mūdiciis de foris erat) exteriorem duntaxat coram oculis hominum munditiam sibi putet sufficere, subiunxit: Auferte

Hebr. 4.

malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quibus oculis omnia nuda sunt & aperta. Et quia non modò cessandum est à malis cogitationibus, sed & multò magis ab ini quis operibus sequutus adiecit:

Sapien. 5.

¶ Quiescite agere peruersè. Laboriosum quippe est sub onere peccati Satanæ ingum ferre. Lassati sumus, inquit, in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Ad hoc autem vt quiescant agere peruersè, etiam spi

cor lapideum quid sit.

ritus opitulatio necessaria est, quam dominus promittens consequenter ait: Et auferam cor lapideum de carne vestra id est, cor durum, cor graue per amorem huius seculi, cor timore domini sublato, temerarium & impaudum, cor insensibile prorsus & mortuum per ingratitude, ac dei obliuionem. Et dabo vobis, inquit, cor carneum, id est, cor molle & tractabile per mansuetudinem & piam voluntatem: cor sensum habens per diuinorum beneficiorum agnitionem, habens & vitam per veram dei & proximorum dilectionem, & sic renouatus homo quiescat agere peruersè.

cor carneum.

¶ Porro ne mundata conscientie domus ociosa manens & vacans, ingressuris denuò spiritibus immundis pateat, post prædicta sequutus adiecit. Discite benefacere. Itaque rece

deus

dens à peccatis, discat se ad opera bona conuertere: Discite, inquit, benefacere. quasi dicat. Nequaquam existimetis virtutem è vobis vltro nascituram, imò discite benefacere. Discite inquam & à Dei verbo, & ab iis qui exemplorū bonorum lucem vobis præferentes: lucent tanquam luminaria in mundo verbum vitæ continentes, & quasi depictū foris in opere Dei verbū ostendentes, etiam vos posse eadem facere confirmant.

Philip. 2.

¶ Rursus quoniam (vt Apostolus ait) qui tribuit nobis spiritum operatur virtutes in nobis, sine quo spiritu nihil prorsus acceptum deo operamur, ideo post præmissa subdit dicens: Et spiritum meum ponam in medio vestri. Et vt ostēdat nos bene operandi virtutem non nisi dono spiritus cōsequi, subiicit: Et faciam vt in præceptis mei ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Nisi enim spiritu vitæ membra corporis vegetentur, operationes suas exercere nō possunt. Circa secūdū vbi exprimit sermo propheticus ea quibus homo rectè ordinatur erga proximū dicit:

Galat. 3.

Querite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo defendite viduā, & venite & arguite me, dicit dominus.

¶ Querite iudicium, inquit, scilicet à sapientibus, quorum interest iudicare. Nec aliquatenus cum proximo iudicium subire contempseritis, nec iustum iudicium compositis technis vel eluseritis, vel declinaueritis: aut quod peius est, per vim fortasse iudicio resisteritis. Sed querite iudicium ipsius exemplo qui ait: Non contempsi subire iudiciū cum seruo meo & cum ancilla mea, quum disceptarēt aduersum me. Sequitur:

Querere iudicium quomodo debeamus
Iob. 31.

¶ Subuenite oppresso, scilicet per vim à potentiore. Eripite pauperem (ait Propheta) & egenum de manu peccatoris liberate. Iudicate pupillo iudicium iustum, consistente aduersus hunc, vel astuto, vel potente. Defendite viduā. Siquidem pupillis & viduis, quod plerumque sunt inualidi, inferri calumnia solet ab iniquis. Vndè vir sanctus cæteros instruens potius quàm semetipsum cōmendans, ait: Auris auudiens beatificabar me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, eò quòd liberafsem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me. veniebat, & cor viduæ consolatus sum.

Defenden di imbecilles.

Iob. 29.

Oculi

Oculi sui exco, & pes claudo: pater eram pauperū, & cattam quam nesciebam diligentissimè inuestigabam. Cōte rebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam p̄dam. Quum igitur hæc quę dicta sunt, & ad vosmetipsos & ad proximos seruaueritis, tunc venite, inquit, & me ingratum arguite, si non vobis pro his bona reddidero, gratiam videlicet & remissionem peccatorum. vndè sequitur:

¶ Circa secundum dicitur:

Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis & audieritis me, bona terra comedetis.

¶ Hic ponitur desyderadē salutis promissio, quę in duobus consistit: quę sunt, remissio culpę, & collatio felicitatis æternę. Promittuntur tamen hæc duo non simpliciter, sed sub ea quę præmittitur conditione, si videlicet erga semetipsos & erga proximos ea seruent, quę prophético sermone sunt in præcedentibus comprehensa.

Remissio
culpę
qualiter
promitti-
tur.

12. dol

12. dol

12. dol

12. dol

12. dol

12. dol

12. dol

12. dol

12. dol

12. dol

12. dol

¶ Circa primum, quod est remissio culpę dicitur: Si fuerint peccata vestra vt coccinū, quasi nix dealbabuntur. Coccinū & vermiculus colores ignei sunt atq; sanguinei, quibus nimirū piacula grauiora, vt homicidiū & adulteriū significatur. Attamen si fuerint, inquit, peccata vestra adeo grauiora, vt tincta sanguine quodā modo videantur, aut propter eam quę in vobis arsit concupiscentię flammā gehennę ardoribus expianda, quasi nix dealbabuntur, id est, refrigeratio gratię celestis frigida erunt corda & candida, quę pridem ardore malarū concupiscentiarū flagrabant. Et si fuerint rubra quasi vermiculus, id est oppressione, vel sanguine innocentū & inopum horrentia, in vestem domini mutabuntur, quę de agnivellere cōfecta est, quę etiā in Apoc.

Apoc. 15.

Isa. 49.

in vestibus albis & candidis beatorū chori sequi memoratur. Sanè Christi vestis candida, ecclesia credentium atque piorum est. Vndè etiam ad ipsū voce patris, per Prophetā dicitur: Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti cōgregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego dicit dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris.

¶ Circa secundum, quod est collatio felicitatis æternę dicitur: Si volueritis, & audieritis me. Vbi planè liberum esse

humana

humanæ voluntatis arbitrium adstruitur, vt non ex præiudicio Dei, sed ex singulorū meritis præmia vel pœnas sequi probetur. Bona terrę comedetis. Quum elementa cętera in motu sint, terra stat immobilis. Vndè & per terrā hoc loco non incongruè æternę beatitudinis soliditas significatur. Hac, inquit, proculdubio fruemini, si & ea quę præmissa sunt facere, & ex nunc me audire, & præceptis meis acquiescere volueritis.

FERIA QUINTA

post Laetare.

Scitauit puer septies. aperuitque oculos suos.

4. Reg. 4



¶ Ex huius lectionis allegoria consyderare possumus. Primò, generis humani flebilem lapsum. Secundò, adhibitū frustra legis remedium. Tertio, efficax diuinę incarnationis missum cœlitus medicamentū. Primum, à principio lectionis. Secundū, ibi: Et ille ait ad Giezi. Tertium, ibi: Porro mater pueri ait.

¶ Circa primum dicitur:

Venit mulier Sunamitis ad Elisæū in montē Carmeli, & apprehendit pedes eius. Et accessit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo Dei: Dimitte eam, Anima enim eius in amaritudine est, & dominus celauit à me.

¶ Quumque intulisset mortuum esse filium eius, fletibus ipse indulset, ac tandem (vt patebit) opem tulit.

¶ Puer hic mortuus secundū allegoriā, vniuersum genus humanū est: ob noxā primi parētis morti destinatū. In Adā enim omnes moriūtur, in quo omnes peccauerūt. Nā & per vnius hominis delictū, mors intravit in mundū. Porro mater, filij mortem plangēs, & quę eius qui mortuos suscitatur misericordiā implorat, sanctorū veteris testamēti patrum pię sollicitudinis curā, & anxia pro generis humani salute desideria significat. Quorū clamores & gemitus, ad aures vsq; domini sabbaoth introierūt. Quorū vnus obsecro domine, inquit, mitte quę missurus es. Et rursus ali⁹ ait: Vtinam dirūperes cœlos, & descēderes. Hinc & ipse domin⁹. Clamor, inquit, filiorum Israel venit ad me. Elisæus enim

Exod. 4.

Esa. 64.

Exod. 4.

Esa. 57. in monte habitans, typum gerit dei, qui nimirum excelsus est & habitans æternitatem, ad quem (vt dictum est) anxius sanctorum patrum clamor peruenit.

¶ Circa secundum dicitur:

Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, nõ respondeas illi. Et pones baculum meum super faciem pueri. Perrexit igitur, & posuit baculum super faciem pueri, & non erat vox neque sensus. Nũciauit ergo Elisæo quia non surrexit puer.

Lex Moy si bacul. ¶ Hic figuratiter ostenditur depellendæ morti frustra adhibitum Mosaicæ legis remedium. Nam per Giezi, seruum Elisæi, Moyses famulus Dei intelligitur: qui domini sui baculum, id est, legem comminationibus & terroribus durâ ferens, ideo propterare iubetur: quia lex illa pertransiit nemini salutem dicere iussa, eo quod ille qui solus saluare potest necdum aduenerat. Solus quippe Deus qui fecit hominem, potuit & hũc reparare ad salutem. Porro lex propter sui austeritatem, rectè per baculum designatur: iuxta quod

Hebr. 11. per Apосто. dicitur, Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus aut tribus testibus moritur. Vnde Gregorius, Dum per Moysen dominus terrorem legis protulit, quasi per puerum virgã misit. Per legem quippe Deus virgam tenuerat, quum dicebat: Si quis hæc vel illa fecerit, morte moriatur. Verum à peccati morte legis timor suscitare non valuit, sed statũ vitæ apparatus mansuetudinis gratia crexit. Nam puer cum baculo mortuum suscitare non valuit, quia Paulo attestante, nihil ad perfectum adduxit

Lex salu te cõferre nõ potuit
Hebr. 7.
Galat. 3. lex. Conclussit enim scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

¶ Circa tertium dicitur:

Porro mater pueri ait: Viuit dominus, & viuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo & sequutus est eam, & ingressus est domum. Et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque clausit ostiũ super se & super puerum, & orauit ad dominum. Et ascẽdit & in-

buit super puerum, posuitque os suum super os eius, & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. Atque ille reuersus ambulauit in domo semel huc atque illuc. Et ascendit & incubuit super eum, & oscitauit puer septies, aperuitque oculos suos. At ille vocauit Giezi & dixit ei: Voca Sunamiten hanc. Quae vocata, ingressa est ad eum. Cui ait: Tolle filium tuum. Venit autem illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram. Tulitque filium suum, & egressa est.

¶ Hic per figuram describitur missum caelitus incarnationis filij dei efficax medicamentum. Siquidem supplex mortui pueri mater, id est, patrum testamenti veteris longanimis, & fide plena supplicatio, in aures domini sabaoth vocifera re non desit, donec Elisæus ipse (quod interpretatum salutare Dei dicitur) hoc est dei filius, de caelis à regalibus sedibus (quasi de monte sublimi) nostras miseratus arumnas clementer adueniret. Commota sunt quippe viscera misericordiae suae, ut oriens ex alto visitaret & illuminaret eos qui in tenebris & in umbra mortis sedebant, ut dirigerentur exinde pedes eorum in viam pacis.

¶ Ingressus itaque istius mundi domum funere magno & luctu oppletam, ut sese mortui membris exaequaret, mira charitate se collegit, & incuruauit. Quem enim non capit vniuersitas creature, intra vnius infantilis corpusculi membra verus homo factus mira dignatione inclinatus, maiestatis celsitudine se abscondit: sicut ad eum per Prophetam dicitur: Verè tu es deus absconditus, deus Israel saluator. Unde & Apostolus ait: Quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Huc illucque deambulabat in domo, quia & iudaeam iuxta & longè positas gentes vocat.

¶ Quod autem puer mortuus, imò iam à morte rediuiuis oculos aperit, utique designat quod per ipsius praedicationem & miracula in terra Iudaeorum, humanum genus in personis credentium à peccatis & figurarum legis obscuritate, quasi à mortis tenebris, ad contuendum & agno-

L scendū

*Incarnatio verbi
vitae medicamentū
Sapient. 18*

LUC. 1.

*Dei filius
ut se nobis
confirmauit.*

*Esai. 48.
philip. 2.*

*Obscuratio & aperi
tū oculorū quid sit.*

scendum veritatis & gratiæ lumen adfurrexit.

¶ Quod autem reuiuiscens mortuus oscitat septies, quid aliud signat, nisi q̄ septiformis gratia spiritus sancti spiritualis vitæ signa nõ modò in septem operibus pietatis, sed etiam in vniuersa morũ ac vitæ seriæ euidenter ostendit? Mox itaque iuuenis erigitur. Quia quem timoris virga succitare non potuit, per amoris spiritum ad vitam redit.

¶ Quæ si ad moralem doctrinam conuertantur, per mortuũ hũc peccator Dei gratia destitutus intelligitur, qui melius per spiritum lenitatis & dilectionis forum (ac si per calefactionem quandam) quàm per distractionis seueritatẽ, quasi baculum, emendatur, & à peccati morte reuocatus viuificatur. Vndè etiam prelato, qui durioris animaduersionis baculo (consolationis vberẽ prorsus siccato) aduersum delinquentes vitur, verbera sola non vbera paruulis præferens: à subdito iure dici posset: Nunquid canis ego sum, q̄ tu venis ad me cum baculo?

¶ Quam enim non nisi contra desertores, hæreticos scilicet & schismaticos, aut palàm in peccato obstinatos, seueritatis baculo sit vtdum, cur aduersum me qui sum seruus domini, & filius ancillæ suæ, id est ecclesiæ, tanquã hostis, non pater, cum execrationis baculo venis? Sed lõgè aliter docet Apostolus, qui se à Deo potestatẽ accepisse faterur in ædificationem corporis Christi tantum, non in destructionem, ait enim: Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiuscemodi instruite in spiritu lenitatis, cõsiderans temetipsum ne & tu tenteris.

FERIA SEXTA

post Latare.



mihî filium tuum.

Domine Deus meus reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius.

¶ In hac lectione duo describuntur. Primum, orbatæ filio viduæ afflictio. Secundum est, defuncti filij per Heliam resuscitatio. Primum, à principio lectionis, Secundum, ibi: Et ait ad eam Helias: Da

¶ Circa secundum dicitur:

Agrotauit

1. Reg. 17

2. cor. 10

Galat. 6.

3. Reg. 17

Aegrotavit filius matris familias, & erat languor fortissimus, ita ut non remaneret in eo halitus. Dixit ergo mater eius ad Heliam: Quid mihi & tibi vir Dei: Ingressus es ad me ut rememorarentur iniquitates meae, & interficeres filium meam.

¶ Hęc mater familias vidua erat Sarephana, ad quam tempore sterilitatis & famis Helias propheta pascendus à deo missus fuerat. Huic Deus ob gratiam Heliae victum modicum qui illi supererat, ad omnimodam sufficientiam mirum in modum multiplicavit & auxit. Huius ergo matris viduae filius aegrotavit, qui asseritur à quibusdā fuisse Ionas propheta. Et erat aegrotatio vehemens, ita ut non remaneret in eo halitus. Porro mater arbitrabatur, quod ob Heliae cohabitantis sanctitatem, illius comparatione ipsa amplius deo displiceret, quæ tanto intervallo ab illius perfectione distaret. Ingressus es, inquit, ad me ut rememoraretur iniquitates meae: id est, ut magis apparet in comparatione sanctitatis tuę. Simile est quod Petrus quum necdum esset Christi familiaritatem assequutus, ait: Exi à me domine, quia homo peccator sum. Erat enim stupefactus ex miraculo capere & piscium, quum ad Christi iussione duxisset in altum, & laxasset retia in capturam.

Excusabilis error.

¶ Circa secundum dicitur:

Et ait ad eam Helias. Da mihi filium tuum. Tulit eum de sinu illius, & portavit in coenaculum ubi ipse manebat, & posuit super lectum suum, & clamavit ad dominum, & dixit: Domine Deus meus etiam ne viduam, apud quam ego utcumque sustentor, afflixisti ut interficeres filium eius.

¶ Hic ponitur filij vita defuncti per Heliam resuscitatio. Vbi advertendum est, quod non ideo mortuus erat puer, ut mater affligeretur, sed ut propheta domini, & ipse dominus in Propheta glorificaretur. Sicut & de cæco nato Dominus ait: Neque hic peccavit, neque parentes eius, ut cæcus nasceretur, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Sequitur:

¶ Et expandit se, & mensus est super puerum tribus vicibus, & clamavitque ad dominum, & dixit: Domine deus meus re-

L ij uer-

Quare puer hic mortuus fuit.

*Helias
mortuum
suscitat.*

uertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Exau-
diunt autem dominus vocem Helix, & reuersa est anima
pueri intra eum, & reuixit. Tulitque Helias puerum, & depo-
suit eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit
matri suæ, & ait illi: En uiuit filius tuus? Dixitque mulier ad
Heliam: Nunc in isto cognoui quoniã vir Dei es tu, & ver-
bum domini in ore tuo verum est.

*vidua hu-
ius filij
mater
myst.*

¶ Vidua hæc ad quam iubente domino perrexerat Helias
relictis apud Israel secundum carnem sterilitate & fame,
ecclesiam de gentibus significat. Hæc quippe legē & pro-
phetas, imò Christum ipsum qui per legem & prophetas
prænunciatus & promissus fuerat, hospitio fidei suæ Iudæis
hunc recusantibus suscepit.

*Mirã ad-
uerse con-
ueniẽtiã.*

¶ Porro viduę huius filius fidelis quisque est, qui tunc spiri-
tualiter moritur, quando per peccatum à Deo separatur.
Et quod in clamore domini Lazarum à mortuis quattuor
diebus euocantis significatum est, in cuius domo & ipse do-
minus ab huius sororibus pascebatur: hoc idem in clamo-
re Helix precessit clamantis ad dominum & dicentis: Do-
mine deus meus reuertatur obsecro anima pueri huius in
viscera eius. Ad illud quoque quod Lazarum amicum suum
tamen defunctum appellauit dominus, pulchrè conuenit il-
lud, quod (sicut dictum est) puer hic mortuus attestantibus
Hebræis fuisse Ionas propheta dicitur.

¶ Qui non ociosè filius Amathi, id est, veritatis appellatur.
Affirmat enim (ut dictum est) quod Ionas ipse fuerit huius
Sarephane viduę filius quem resuscitauerat Helias matre
dicente ad eum: Nunc cognoui quoniam vir Dei es tu, &
verbum Dei in ore tuo verum est, & ob hanc causam ipsum
puerum Amathi fuisset vocitatum. Amathi nanque (ut iam
dictum est) veritas interpretatur. Ex eo enim quod Helias
verum loquutus est, ille qui per eum à morte resuscitatus
est, filius nuncupatus est veritatis.

*Lectus christi
super
quo mor-
tuum susci-
tatur.
Cant. 2.*

¶ Proinde quod mortuum resuscitandum Helias super le-
ctum suum posuit, à mysterio non vacat. Lectus enim Helix
catholicam Christi designat ecclesiam, in qua sola per remis-
sionem peccatorum mortuæ reuiuiscunt animæ: de quo le-
ctulo in Canticis dicitur: En lectulus Salomonis sexaginta
fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Aegrotatio vchē-
mens, ignorantia Dei est cum ardore concupiscentiarum.

Hæc

Hac quippe febre lethali peccator vsque ad eum premitur, vt non remaneat in eo halitus, qui nimirum in duobus consistit videlicet in attrahendo spiritum, & in efflando: primum fit non solum intenta mente deum orando, sed etiam in audiendo verbum, vnde ait Propheta: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Secundum facimus deum laudando, gratias agendo, proximum docendo vel consolando. His itaque modis halitum ducere signum vitæ spiritualis est. Contrarium verò est signum mortis.

¶ Tollit autem eum de sinu matris, quo frustra mortuus fouebatur, quando hunc auellit ab inutili fonte carnalium voluptatum. Ponit eum super lectum suum quando demonstrat ei quòd vitam habere potest in morte sua. Siquidem Christi mors, credentium vita est. Potest & per lectum hunc Christi, crux ipsius (in qua propter vitam omnium nostrum mortuus est) intelligi, vtique lectus doloris eius, de quo & illud fortasse dici potest quod de Iacob patriarcha scriptum est: Collegit pedes suos super lectulum, & mortuus est. Denique tribus vicibus super mortuum se expandit, quando sanctæ trinitatis fidem gentibus per suos sanctos prædicatores insinuauit.

¶ Talit autem Heliàs noster, id est, Christus puerum hunc à morte redituum, & matri suæ reddidit, quãdo redemptos sanguine & preciosa morte sua viuificatos ecclesiæ matri consignauit. Quæ mater ob Christi prædicationes & signa quæ vidit, hos verè viuere gratulatur qui credunt in nomine eius, quum etiam & hi qui increduli fuerant aliquando superante iam veritate proclamant, dei filium fidei confessione glorificantes, & dicant. Nunc cognoui quoniam vir dei es tu, & verbum dei in ore tuo verum est.

SABBATO POST

Laetare.



¶ *Consolatus est dominus populum suum, & Esai. 49*
 ¶ *pauperum suorum miserebitur.*

¶ In hac lectione tria nobis consideranda proponuntur. Primum est, eterni patris ad filium suum magnifica attestatio. Secundum est, à summo patre facta credentibus desiderabilis promissio. Tertium est, super credentes diui-

L iij n2

nae benignitatis stabilis confirmatio. Primum à principia
lectionis. Secundum, ibi: Super vias pascentur. Tertium, ibi
Laudate cœli.

¶ Circa primum dicitur:

*In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxi-
liatus sum tui. Et seruaui te, & dedi te in fœdus populi,
vt suscitares terram, & possideres hereditates dissipata-
tas, vt diceres his qui vincti sunt exite, & his qui in te-
nebris, reuelamini.*

¶ Quibus verbis magnificum pater cœlestis filio suo redē-
ptori nostro perhibet testimonium. Pater enim diligit fili-
um, quò sit gloria patris: fili^o sapiens, propter quod filiū suū
pater glorificat, sicut ipse filius ait: Ego gloriam meam nō
quæro, est qui quærat, & iudicet: Vndè & in huius diei e-
uangelica lectione filius dicit: Testimonium perhibet de
me, qui misit me pater. Audiamus itaque magnificum at-
que venerandum æterni patris de filio suo, & ad ipsam fili-
um prolatum testimonium. Primò enim perhibet filio suo
testimonium exauditionis quum dicit: In tempore placito
exaudiui te, nimirum tempus placitum, illius gratiæ tem-
pus est, in quo deo placuit per mortem filij sui genus huma-
num saluare. Exaudiui, inquit, te ad me clamantem & dicē-
tem: Pater, saluifica me ex hac hora. Pater, clarifica filium
tuum, vt filius tuus clarificet te. Rursum, inquit, orantem
pro tuis exaudiui te, quum diceres: Pro eis rogo quos dedi-
sti mihi. Pater, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi,
vt sint vnum sicut & nos. Quā exauditionem filius recogno-

IOAN. 8.

Testimo-
nium ex
auditionis

IOAN. 12.

IOAN. 17.

Ibidem.

IOAN. 11.

Testimon-
ium auxi-
liationis.

1. COR. 15.

MATT. 27

HEBR. 2.

IOAN. 11.

LUC. 24.

scens: Pater, inquit, gratias ago tibi, quoniam audisti me.
¶ Secundò, pater perhibet testimonium auxiliatiōis, quū
dicit: Et in die salutis auxiliatus sum tui, hoc est, In die qua
salutem humani generis operatus es in medio terræ. In
die prelij & certaminis, in die tuæ passionis & mortis,
quando absorpta est mors in victoria, quo die dixisti cla-
mās ad me: Deus, meus, deus me^o, vt quid dereliquisti me?
Nam consueque auxiliatus sum tui, vt per mortem tuam de-
strueres eum qui habebat mortis imperium, & iudicatum
principem mundi tuæ baculo crucis eieceres foras, & do-
mum fortis ingressus alligares sorrem, & vasa eius diripe-
res, & spolia eius distribueres, auxilio meo victor mortis &

& infærorum triumphator effectus.

¶ Tertiò perhibet filio suo testimonium conseruationis, dicens: Et seruaui te scilicet ad vitam morte superata, seruaui te, nec dereliqui animam tuam in inferno, nec permisi vt corpus tuum in sepulchro videret corruptionem. Seruaui etiam te ab expectatione te odientium atque dicèrium: Quando morietur, & peribit nomen eius?

¶ Quartò, perhibet ei pater testimonium reconciliationis, dicens: Et dedi te in fædus populi. Deus enim (vt Apostolus ait) erat in Christo mundū reconcilians sibi. Et iterum alibi: Quū inimici essemus, recōciliati sumus deo per mortem filij eius. Dedi inquit, te in fædus populi. Hoc est, vt reconciliandis mihi peccatoribus mediator idoneus & fæderator existas. Idoneus, inquam, qui possis manum ponere in ambobus, & in temetipso, dissidentes coniungere, vtriusque partis legatus fidelis, mihi obedientiam, misericordiā peccatoribus impendens. Mecum deus, homo cum eis. Iustus mecū & immortalis, misericors cū illis & mortalis.

¶ Sed inter hæc aduertendum est, quatuor modis fædus olim fuisse inutum inter homines, & deum. Primò, hostiæ immolatione. Secundò, sanguis asperzione. Tertiò, aquæ effusione. Quartò, mutua manuum datione.

¶ De duobus primis qualiter per illa fædus inter deum & homines inutum sit in Exodo scriptum est. Vbi dicitur: Obtrulerunt holocausta, immolaueruntque victimas pacificas domino, & post subditur: Moyses sumptum sanguinem respexit in populum, & ait: Hic est sanguis fæderis quod pepigit dominus vobiscū super cunctis sermonibus his. Hinc rursus per Ieremiam dominus ait: Non obseruauerunt verba fæderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, & vitulum quem conciderunt in duas partes, & transferunt inter diuisiones eius. Subaudiendum est, ac sicut dicitur: Quum tamē sub hac protestatione fædus me cū inierint, vt si illud ruperint, ipsi ad modum illius vituli medij secentur.

¶ De tertio in primo Reg. volumine scriptum legimus ad fæderis renouationē cū domino cōuenisse filios Israel in Masphar, & hausisse aquā, & rurū effudisse in cōspectu dñi

¶ De quarto apostolus Paulus Galatis scribens, memorat que inutum inter reliquos apostolos & se, ac Barnabam prædicationis sanctæ, & perpetuæ fædus fraternitatis &

Testimoni-
um conser-
uationis.

Testimoni-
um fæde-
rationis.

2. Cor. 5.
Roma. 5.

Iob. 9.

Quatuor
modis in-
utum fuisse
fædus.

Hostia &
sanguine.
Exod. 24

Iere. 24.

Aque ef-
fusionis.

1. Reg. 17

Manuum
datione.

Gala. 2.

amicitiæ, Dextras, inquit, dederunt mihi & Barnabæ societatis. Per quæ mysticè instruimur, & nos per quatuor domo posse confœderari.

1. phes. 5.
Deo recon-
ciliamur
per Chri-
sti sangui-
nem.
Iere. 11.
coloss. 3.
Rom. 32.

¶ Primò per Christi passionem, tanquam per hostiæ præcio-
sæ & acceptabilis immolationem. Tradidit enim semetip-
sum pro nobis oblationem, & hostiam deo in odorem sua-
uitatis. Vndè per Ieremiam loquitur, dicens: Ego quasi a-
gnus mâsuetus, qui portatur ad victimam. Sed vt istius ho-
stiæ fructum assequaris, & confœdereris deo, temetipsum
deo victimam exhibeas necesse est, mortificando membra
tua quæ sunt super terram, vt Christo pro te passo confor-
meris. Ad quod exhortans Apostolus: Obsecro vos inquit,
per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã
viuentem, sanctam, deo placentem.

Hebr. 9.
Hebr. 12.
Ibidem.

¶ Secundò, per sanguinis asperisionem. Christus enim præ-
cioso sanguine suo nos asperxit, eò quòd sine sanguinis ef-
fusione non fiat remissio peccatorum: Vndè Apostolus ad
Hebræos scribès, ait: Accessistis ad sanguinis asperisionem
meliùs loquètem quàm Abel? Et rursus: Accedamus cum
vero corde in plenitudine fidei, aspersi corde à conscientia
mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ
confessionem indeclinabilem, fidelis enim est qui promi-
sit. Asperxit ergo nos sanguine suo Christus, & abluir à pec-
catis, vt exinde salutari fœdere deo reconciliati, in gratia
sua viuamus, vtique similis effectus pellicano solitudinis,
qui in nido pullos suos à serpente læsos infectòsque vene-
no comperiens, ipse sibi pectus rostro fodit, vt hos sangui-
ne suo (quem mirè medicamentum esse nouit) resperfos à
veneno sanet, & liberet ab interitu.

Per aque
effusionẽ.
10an. 19.
Hebr. 6.
10an. 11.
Iuca 19.

¶ Tertio, per aquæ effusionem deo reconciliamur & fœdera-
mur. In cuius rei mysterium ipse dominus non modò san-
guinem è latere suo ad nostri redemptionem, sed etiam a-
quam in ablutionem profudit. Vnus militum (ait is qui vi-
dit) lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis
& aqua. Effudit nihilominus ad fœderis nostri compositio-
nem lachrymarum aquam: quoniam (vt Apostolus ait) cum
clamore valido, & lachrymis se offerens, exauditus est pro
sua reuerentia. Lachrymatus est etiam super Lazarum,
quem erat ipse reuocaturus à morte ad vitam. Rursus su-
per ciuitatem, cuius excidium cum fletu & lachrymis præ-
dicebat

dicebat. Et tu itaque per hunc modum satage domino con
fœderari, compunctionem, & lachrymarum aquam coram
domino pro delictis propriis effundendo.

¶ De quarto quo fit cōfœderatio, quod est mutua manuum *per manu*
datio, consyderandum est Christum ad fœderationem no- *um datio-*
stri cum deo manum suam in præsenti gratiam largiendo, *nem.*

& gloriam fideliter promittendo in futuro, misericorditer
ad nos extensam mira largitate aperuisse, exemplum no-
bis relinquens quod imitemur, vt videlicet pro modo no-
stra exiguitatis vicem ei rependentes, pro ipsi^o amore ma- *Prou. 31.*

num aperiemus inopi, & palmas nostras extēdamus ad pau- *simile.*
perem, vt fœdere misericordiæ domino copulemur. Sicut

autem rex quispiam potens, & magnus per magnum ali-
quam intermediam pacem recipit ab inferiori, nō per pro- *1. Tim. 6.*

priam: ita deus & dominus noster qui lucem habitat in ac-
cessibilem, fœdus facit nobiscū, recipiens fidei nostræ ma-
num, non quidē manu propria, quia non possumus ad eam
sed per manum pauperis, cui beneficentiæ largitatem (dei
verbo fidētes) pro nomine ipsius impendimus. Siquidem ip- *Matt. 2*
se dicturus est: Quod vni ex minimis istis fecistis, mihi feci-
stis. Sed ad ea à quibus digressi sumus, patris cœlestis de
Christo filio suo testimonia veneranda redeamus.

¶ Quintò, si quidem pater filio suo perhibet testimonium *Testimo-*
latæ possessionis, vbi in verbis suprā memoratis dicit: Vt *nium la-*
suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas. Vt *tæ posses-*
suscitares terram, inquit, hoc est, vt homines terrenis (po- *sionis.*
tiora bona nescientes) prorsus deditos & immerfos, in ido-

latria proinde & ignotantia sui creatoris (quasi in quodā
sepulchro (lethali somno dormientes ad vitam gratiæ, &
fidei lumen suscitares, ac Gētium nationes per principem
tenebrarum variis erroribus & peccatis vastatas, depreda-
tas & dissipatas, per fidem tibi possideres. Cui rursus alio

loco dicit: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem
tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Quam vtique *Matt. 71.*

possessionem iam sibi à patre datam ipse pōt quàm resu-
rexisset à mortuis testatus est, dicens: Data est mihi omnis *Danie. 7.*
potestas in cœlo & in terra. Quod & Daniel in visione cō-
spexit. Ait enim: Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum
nubibus cœli, quasi fili^o hominis veniebat, & vsque ad anti-
quam dierum peruenit, & dedit ei potestatem & honorem

&c

& regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ, ipsi seruiunt. Potestas eius, potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

Testimo-
nium libe-
rationis.
Iroue. 5.

¶ Sextò perhibet Christo cœlestis pater testimonium liberationis, quum dicit: Ut diceret his qui uincti sunt, exite. Qui uincti sunt, inquit, scilicet funibus suorū peccatorum. Nam (vt Sapiens ait) iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum cōstringitur. Uincti proinde uelut patres in regione umbræ mortis, extorres à cœlesti beatitudine ob originalis culpæ debitum detinebātur: nequaquam inde egredi ualentes, donec ipse ueniret qui (iuxta Zachariæ uaticinium) educeret uinctos de lacu in quo nō erat aqua. Ipsi sunt spolia, quæ inferorum victor, atque prædator alligato forti domum ipsius ingressus diripuit secum in cœlestia regna captiuam ducens captiuitatem.

Zach. 9.
Luca. 11.

Testimo-
nium illu-
minat: o-
nis.
ephes. 5.

¶ Septimò perhibet filio suo pater testimonium illuminationis, quum post præmissa subsequutus adiecit: Et his qui in tenebris sunt reuelamini, Subaudis: Ad hoc te dedi, vt his qui sunt in tenebris ignorantia dei uidelicet nationib⁹ gentium per orbem terrarum, diceret Apostolorum tuorū prædicatione, reuelamini: hoc est, ad lucem ueritatis per fidem uenientes, qui antè fuistis tenebræ, efficiamini lux in domino, ab erroribus uniuersis & peccatis resipiscentes. Et quidni illuminaret in tenebris sedentes, quum ipse sit lux mundi, & sol iustitiæ?

¶ Circa secundum dicitur:

*Super uias pascentur, & in omnibus planis pascu-
eorum. Non esurient neque sitient, & non percutiet eos
æstus & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fon-
tes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos
in uiam, & semitæ meæ exaltabuntur. Ecce isti de longè
uenient, & ecce ab Aquilone & mari, & isti de terra
Australi.*

¶ Hic ponitur facta credentibus à summo patre promissio desiderabilis. Vbi in summa patria promittuntur. Primum est pascuus doctrinæ & consolationis. Secundum est restinctio æstus persecutionis & afflictionis. Tertium uidequaque ad Christi fidem uenientium incrementum multiplicationis. Secundū, ibi: Non percutiet, Tertiū, ibi: Ecce isti de longè.

¶ Circa

¶ Circa primum dicit: Super vias pascentur: soluti videlicet à vinculis suorum peccatorum, & illuminati ac liberi. Quod utique impletum esse probatur. Nam qui priùs à pane vitæ & intellectus (id est, dei verbo) ieiuni erant, illo nunc pro voto fruuntur. Et hoc super vias scilicet rectas, quæ à dextris sunt, quas nouit & probat dominus, quæ ducunt ad vitam. Qui errabant priùs in uio & in aquoso viam ciuitatis habitaculi non inuenientes, iam dicere possunt laudantes atque latantes, Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectiois educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ.

¶ Dirigimur autem & pascemur super vias istas doctrinis Apostolorum & Prophetarum. Et in omnibus planis, id est, doctrinis apertis, non autem figuratis, ut olim quâdo loquutus ad populum Moyses ponebat velamen super faciem suam, ostendens tunc nondum, propalatum esse sanctorum viam (ut Apostolus explanat.) Porro velum templi in Christi morte scissum est, ut figuratum legis: obscuritas, in lucem gratiæ credentium populis reuelari, significetur.

Ergo non esurient, inquit, passi pane vitæ & intellectus: neque sitient sapientiæ salutaris aqua potati. Siquidem ad fontes aquarum potabit eos, qui fontes ex illorum corde & ore scaturiunt, in quibus Christi gratia profecit in fontes aquæ salientis in vitam æternam, de quorum spirituali ventre deriuantur flumina aquæ viuæ, ut eorum quilibet rectè dici possit fons ortorum puteus aquarum viuentium qui prodesse possit exterorum qui spiritualiter steriles sunt aridi tati rigandæ & fecundandæ.

¶ Circa secundum dicit: Non percutiet eos æstus & sol, quia miserator eorum reget eos, hoc est: Persequurio hominum iniquorum, quæ per æstum designatur, non eis nocebit imò faciet gloriosiores, faciente domino cum tentatione prouentum, ut mala quæ hîc præmunt eos, ad deum ire compellant. Nam miserator eorum, id est, Christus dominus qui eos ex misericordia semetipso pro eis dato redemit, reget eos atque tuebitur.

¶ Et ponam, inquit, omnes montes meos in viam impedimenta salutis eorum, & obstacula temperando, vel potius amouendo. Et omnes semitæ meæ exaltabuntur. Istæ

Prou 4.

Doctrina

ro. testa.

plana &

aperta.

Exod. 34

Hebr. 9.

Mat. 27.

Ioan. 7.]

Cant. 4.

A percus

sione ref. i

gerium.

consilia

euangeli-

ca semitæ

sunt.

semitæ, id est, viæ cōpendiosæ & peculiare (quæ nō aded-
lata sunt (vt viæ illæ communes) significare videntur illo-
rum iustituta qui se voto spontaneo obligarunt, ad Euan-
gelica consilia seruanda. Cōsilia quippe Euangelica quasi
viæ peculiare & compendiosæ sunt, quibus ad salutē per-
ueniatur, tamen hę quibusdam superuacua, quibusdam di-
fficile, vel etiam impossibiles esse videantur. Mundæ ta-
men & rectæ sunt, & faciles hi qui sunt bonæ voluntatis.

*Credenti-
um multi-
plicatio.*

¶ Circa tertium dicitur: Ecce isti de longē venient, id est, ab
Oriente. Nam terræ longitudo ab Occidente in Orientem
accipitur. Et ecce ab Aquilone, id est, à Septentrione: & ma-
ri, id est Occidente, eō quodd illa terra (videlicet Iudæa) vbi
primū Christi fides cœpit, mediterraneo mari ab occidē-
te terminatur. Itaque ad consolationem credētium, qui ab
initio pauci erant, mira fidelium multiplicatio prædicitur.
Vnde quaque enim ex omni natione ad Christi fidem vene-
runt, sicut ipse dominus prædixerat: Multi venient ab Ori-
ente & Occidente, & Aquilone & meridie, & recumbent cū
Abraham, Isaac, & Iacob in regno dei: hoc est, in vna eccle-
sia. In eadem fide, & in spe vna, quæ olim fuit in patribus il-
lis electis.

Mat. 8.

¶ Circa tertium dicitur:

*Laudate cœli, & exultet terra, iubilare montes laudē,
quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum
suorum miserebitur. Et dixit Sion: Dereliquit me domi-
nus & dominus oblitus est mei. Nunquid potest mulier o-
bliuisci infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui
Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.*

*credens
affectio in
dei laudē
pmeruit.*

¶ Vbi erga populum fidelem ostenditur diuinæ benignita-
tis stabilis confirmatio. Primò tamen pro tot & tantis quæ
præmissa sunt pollicitis bonis in dei laudem erumpens pro-
pheta, cœlum & terram vt vnà secum laudent, tantorum
bonorum authorem, conuocat & inuitat, dicens: Laudate
cœli, hoc est, angeli beati: & exultet terra, id est, homines
mortales super terram habitantes. Et quidem ex immen-
sa quadā & ineffabili cordis lætitia ex agnitione diuinæ bo-
nitatis concepta, in gratiarum actionem & vocem laudis
Propheta sanctus exurgens, quia (vt dignum est) de tantis
donis dominum laudare, nequaquam se esse parem arbitra-
tur

bitratur, cœlum & terram, & cuncta quæ in eis sunt, vnà secum vt lætentur & laudent, inuitat: tubilate montes laudem. Montiu nomine, virtute præminentes accipiuntur.

¶ Præcipuam verò tantę lætitię & laudis causam expressit consequenter, dicens: Quia consolatus est dominus populum suum, dum non parcens vnigenito suo, hunc pro nobis omnibus è cœlis misit in mundū, & in mortem pro nostra salute tradidit. Et pauperum suorū miserebitur. Pauperes isti nō incongruè gentes intelligūtur, quę sine lege & sine Deo, cœlestis gratię thesauro, & bonorū operū meritis inanes, dęmonibus præda subiacebāt. Sed futurum esse propheta præuidit, vt huiuscemodi pauperes & esurientes verbum Dei, impleret bonis, & Iudęos qui diuinę legis scientia aduersum gentes inflati, & de suorū operum iustitia diuites sibi esse videbantur, dimitteret inanes. Hęc ergo quā ita se habeant, nihilominus tamē dixit Sion, id est, sanctorum populus in carcere tenebrarum, veteri debito retentus, vel si maus, anima quæcunque fidelis aduersitatibus, aut tentationibus afflictā dereliquit me dominus, scilicet captiuā, & dominus oblitus est mei iam multo tempore, quia nō eripuit me à multis circūdātibus me. Et respōdet: ¶ Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Vbi patenter ostendit, quām sit confirmata super nos misericordia eius. Fatetur enim se Deus erga suos fideles viscera gestare materna, imò dilectionem suam erga sibi credentes maternum affectum superare, quum dicit: Et si illa oblita fuerit sui pignoris, duritia mentis naturę iura vincente, tamen ego creator & seruator non obliuiscar tui, figmenti mei, creaturę meę, quā ad imaginem meam peculiariter mihi creauī. Non ergo (quisquis es in tribulatione, & in me credis & speras) te suspiceris à me derelictum, aut datum in obliuionem.

*Lætitie
& laudis
causa.*

*Gentes
olim pau
peres.*

LUC. 1.

*Argumētū
diuinę
misericor
dię super
nos.*

FERIA SECUNDA

post Dominicā Iudica.



Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est. *Ionæ. 3.*

¶ In hac lectione tria notantur. Primum est in prædicationem gentium Ionę propheta

phetæ destinatio. Secundum est prædicationis Ionæ mira
in gentibus fructificatio. Tertium est super conuersos ad
pœnitentiam benigna Dei misericordia. Primum à principio
lectionis. Secundum, ibi: Et crediderunt viri. Tertium, ibi: Et
vidit Deus opera eorum.

¶ Circa primum dicitur:

Factum est verbum domini ad Ionam secundò, dicens:
Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædi-
ca in ea prædicationem quam ego loquar ad te. Et surre-
xit Ionas, & abiit in Niniuem ciuitatem iuxta verbum
domini. Et Niniue erat ciuitas itinere dierum trium. Et
cœpit Ionas introire in ciuitatē i' inerediei vnius, & cla-
mauit & dixit: Adhuc quadraginta dies & Niniue sub-
uertetur.

¶ Ideirco dicit verbū domini ad Ionam secundò factū esse,
quia prius factū fuerat verbū domini ad eundē, sed profi-
cisci recusans fugam tentauerat in Tharsis à facie domini
putans nusquam gentium nisi tantū in terra Israel diuina
iussione oracula dari. Sed fieri nequaquam potest, vt à fa-
cie eius qui effugiat qui vbique est. Vndē ipse per prophe-
tam ait: Nunquid nō cœlum & terrā ego impleo? Suscita-
nit ergo dominus tempestatem magā & mirabilem, nec
alibi quā circa nauē in mari & soite deprehensus est Io-
nas, qui etiā se tempestatum causam esse inficiatus non est.

¶ Qui missus in mare à pisce grandi (quē ad hoc præparauit
dominus) deglutitus est, & post diē tertiu iussu domini
ē ventre ceti viuus & incolumis in aridam iustum eiectus.

¶ Tunc ergo diuinæ iussione oraculum ad ipsum secundò
factum est. Ipse verò diuinam potentiam in sui deprehen-
sione dum fugerat, & nihilomin⁹ Dei misericordiā in mi-
randa suis liberatione de fluctibus sufficienter expe-
tus, diuinis iussione obediuit. Nec tamen dictum est ei

à domino: Quare non fecisti quod tibi fuerat imperatum
sed sufficit ei naufragij & deuorationis sola correptio, ut
qui imperantē non senserat deum, intelligeret liberatē.
Quod autē denunciavit Propheta peccatoribus subuersio-
nem quæ tūc subsequuta nō est, non putemus prophetiam
esse descendente à præscientia dei, vbi omnia sicut sunt

iere. 23.

ionas à
ceto glia.
11111.

ita permanent, sed est comminatio ad correctionem, proponens iustam ultionem secundum presentia Niniuitarum peccata. Nec ab ea re quadragenarium eis numerum dierum quo resipisceret proposuit. Nam conuenit ille numerus peccatoribus ad poenitentiam, & ieiunium, & saccum, & lachrymas, & perseverantiam deprecandi. Siquidem hoc dierum numero Moyses & Helias, & tandem ipse Christus ieiunarunt. Unde & idem dierum numerus nobis indicitur ad preparandas per ieiunium animas nostras ad esum agni paschalis, id est, corporis Christi.

Exod. 24

3. Reg. 16

Matt. 4.

¶ Circa secundum dicitur:

Et crediderunt viri Niniuitæ domino, & prædicauerunt ieiunium, vestiti sunt sacco à maiore vsque ad minorem. Et peruenit verbum vsque ad regem Niniue, & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam, nec pascantur, & equam non bibant. Et operiantur sacco homines & iumenta, & clament ad dominum in fortitudine. Et conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ & non peribimus?

¶ Hic ponitur prædicationis Ionæ mira in gentibus fructificatio. Itaque propheta præcepti superioris & naufragij nõ immemor, studiosè executus est domini iussione. Et quò diei vnus itinere ciuitatem ingressus, in tertia tantum vrbis parte prædicasset, ad reliquos confestim prædicationis sermo peruenit. Crediderunt quippe viri Niniuitæ domino, tanto signo & prophete naufragio, & rursus ipsius liberatione commoti. Itaque citò & studiosè propter diuinæ comminationis terrorem, poenitentiam egerunt. Et peruenit verbum ad regem. Nõ dixit: Peruenit Ionas, sed peruenit verbum ad regem, vt per hoc pateat quòd tantæ rei fama Prophetæ pedibus velocior fuit.

¶ Et surrexit rex de solio suo. Quatuscunque sit, siue

Prædicationis
ionæ
fructificatio.

rex, siue princeps quicumque præpotens & illustris, timere debet verba prædicantium, & à superbiæ solio per sui humiliationem descēdere, sacco pœnitentiæ induere, & in cinere, id est, mortis meditatione sedere.

¶ Sed aduertere est pœnitentiam Niniuitarum. Per illa enim quibus antè peccantes damnationem meruerant, iam student iram Dei placare. Nam qui priùs luxu & ambitione deliquerant, ieiunio & sacco expiare peccata sua nituntur. Peccauerant proinde & palàm & in abscondito, & ideo sacco qui exterius hominibus exhibetur, & ieiunio quod in occulto domino offertur iam agunt pœnitentiam. Insuper vt & ipsa iumenta interitum effugiant, etiam à pastu & potu ieiunare coguntur.

Pœnitentia inter timorē & spem.

¶ Quum autem dicunt, quis scit si conuertatur & ignoscat deus, ambiguum ponitur & incertum, vt dum homines dubij sunt de salute, non tamen desperent, fortius agant pœnitentiam, & Dei misericordiam intentius deprecantur. Vult enim nos Deus pœnitentiam agentes sollicitos esse, & timoratos, ne plus æquo de venia præsumendo securi, per præsumptionis superbiam deum grauius offendamus.

¶ Cæterum miro diuinitatis consilio Propheta gentibus pœnitentiã prædicaturus à domino destinatur, suscipiturque & auditur, vt longè magis Iudæi peruersi esse quàm gætes probetur. Ipsi quippe Iudæi diuinas cōminationes per suos Prophetas audientes contemnūt, & insuper Prophetas occiderunt, vbi tamen hos gentes suscipiunt & venerantur.

¶ Placuit autem Deo huiuscemodi experimentum contra impœnitentem Israel de Niniuitis, potius quàm de cæteris gentibus ostendere, atque gentem quãlibet flexibilem magis esse ad pœnitentiam, & ideo iustiorē, & magis uenia dignam quàm Israël, quum tūc temporis gens Assyriorum fortior atque asperior erat alia gente quacunque, quia futurum erat vt Israël Dei iustitia traderet in manus Assyriorum: quod postmodum per Salmanasar regem Assyriorum factum est, qui transtulit Israel de terra sua in Assyrios. Quis iam reprehendere præsumat iudiciū dei, & Israël sibi rebellem & incredulum gentibus credulis & obtemperatibus, ac per hoc iustioribus tradidit, imò quis hinc deum iustū non magnificet, & laudibus extollat? Rationabile enim est & perpulchrum, quòd illam potissimè

Iudæi gætibus peiores.

4. Re. 17. Israel Assyriorum quàm iuste traditur potestati.

gentem per tale voluit experimentū demonstrare iustio-
rem, cui tradere decreuerat populum præuaricatore.

¶ Circa tertium dicitur:

*Et vidit Deus opera eorum, quia cōuersi sunt de via
sua mala, & misertus est eorum.*

¶ Hic describitur super cōuersos prompta Dei miseratio.
Nam vidit Deus opera eorum, quia cōuersi sunt. Non tunc
primū vidit, quando sic operati sunt. non tunc primū
vidit saccos eorum, quando se illis vestierunt, sed iamdu-
dam viderat prius quā illuc mitteret Prophetam, quādo
Prophetas occidebat Israel prædicentes imminentem ca-
pitū. Et non incertus præsciebat, quōd si longē ad
gentes mitteret Prophetas tale aliquid nunciantes, illi au-
dient & agerent pœnitentiam. Vidit itaque Deus, & per
experimentū videre fecit quā esset damnatione dignus
Israel in comparatione gentium, vt non solum Prophetæ,
sed & totus orbis audiens, iustum comprobaret esse iudi-
cium in eo quōd gentibus non Israeli Deus miseretur, eō
quōd conuerterentur de via sua mala, Israel autem perse-
ueraret absque pœnitentia.

*opera bo-
na Deo
placere.*

¶ Potrō quod hinc ad nos attinet, consyderandū nobis est,
quia tunc Niniuitis, quotidie verō peccatoribus Deus cō-
minatur vt agant pœnitentiam. Quōd si conuersi fuerint,
ipse quoque sententiam suam conuertit, & quodam modo
eorum conuersione, & ipse cōuertitur. Nec tamen sat esse
putemus conuersionem promittere, quia non audiebat ad
gratiam que solebat Israel verbo promittere, dicens: Om-
nia quæcunque præceperit nobis dominus, faciemus, sed
magis hinc queritur per Prophetam, dicens: Filij Ephraim
intendentes & mittentes arcum conuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius nolue-
runt ambulare. Non ergo promissionum verba, sed opera
respicit conuersorum, qui opera mala in melius mutata vi-
dens, libenter, vt dictum est, mutat & sententiam.

*Malitia
Iudeorū.*

*Nō sat es-
se pœnitē-
tiam pro-
mittere.*

Exod. 24

¶ Vel potius hoc dicamus, quōd in proposito suo perman-
sit quo à principio voluit eorū misereri. Non enim aut pu-
nire volebat, aut puniturus erat, quibus, vt ad pœnitentiæ
remedium cōfugerent, comminabatur. Nec mutabilitatis

*Nun de-
mutet p-
positum.*

M est,

est, q̄ quasi pœnitens ipse Deus sæpe dimittit quod fuerat cōminat⁹, imò maximè stabilitatis & incōmutabilitatis est filij, quia videlicet (vt iam dictū est) illa intentione vt pœnitentiam agāt, solet peccatoribus cōminari. Itaque dum & hīc dicit, adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur & iterum in Euangelio: Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit, prudens lector subaudire debet, nisi conuersus fuerit peccator, nisi pœnitentiam egerit, iuxta illud: Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit.

Mat. 2. 6.

psal.

Ionas

christi

typus.

Mat. 12

¶ Circa lectionis huius allegoriam aduertēdum est, Ionam typum Christi prætulisse, sicut ipse testatus est dicens: Generatio mala & adultera signum querit, & signū non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Non solum autem hoc euentu suo Christum, sed etiam nominis sui vocabulo præfigurauit.

¶ Interpretatur enim Ionas colūba, Christum significās ad mundi salutem à patre missum, quasi ad Niniuen ciuitatē magnam. Nam sicut Ionas ciuitatē magnam Niniuen adire nolens, potius se fluctibus maris tradidit, ita dominus noster sua corporali præsentia prædicādi gratia gentes adire nolens, intra seditiones persequentium se Iudæorum remanens, quasi fluctibus fœti maris se commisit. Effertur quippe mare, id est, Iudaicus furor, & missus tūc est in mare saluator, quando Pilatus hunc voluntati Iudæorum tradidit vt crucifigeretur. Et absorbit eum cetus, id est, mors & inferus. Sed adurentē ventrē ceti, huius diuinitatis igne, tertia die viuum rursus euomit.

¶ Quum itaque post decertatum mortis agonem in sepulchro quiesceret, secundò verbum domini ad ipsum factum est, vt à somno mortis ad prædicandum ciuitati magnæ resurgeret. Primò nempe factum fuerat ad eum verbum domini, dum à Ioanne baptizaretur, quando visus est super eum in columbæ specie spiritus sanctus, & impletum vaticinium Esaiæ ex ipsius persona dicentis: Spiritus domini super me, eò quod vnxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, quod utique de se fuisse prædictum ipse testatus est, dicens, quum hanc prophetiam Sabbato in synagoga palam audiente populo legens recitasset: Quia

Luc. 3.

Esai. 61.

Luc. 4.

hodie

hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et rursum turbis ipsum ne discederet retinere volentibus, dixit: Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare, quia ad hoc missus sum.

Luc. 4.

¶ Quod autem ad ipsum in sepulchro quiescentem factum est verbum, Psalmista descripsit inducens patrem ad filium suum post decertatum mortis agonem, quasi à labore fessum, dicentem: Exurge gloria mea. Siquidem gloria patris est filius sapiens. Exurge, inquit, ad consistendū mihi in populis, ad psallendum mihi in nationibus. Qui protinus respondet, dicens: Exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine, & psallam tibi in nationibus. Quod nimirū est prædicare in ciuitate magna.

¶ Itaque dominus noster post resurrectionem quasi secundo mittitur ad Niniuen, & Iudæos perfidos derelinquens, in apostolis suis (quibus ipse dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cōsummationem seculi) abiit in Niniuen, id est, in mundum vniuersum. Nam quasi post inferos resurgere & prædicare propriè dicitur, quando suos Apostolos in prædicationem gentium destinauit, & sic iam sponte quodammodo gentibus prædicat, qui ante passionem quodam modo fugerat, quum dicebat: Non est bonū sumere panem filiorum, & mittere canibus.

*Christus
post resur-
rectionē
vt gētib⁹
prædicat
Mat. vlt.*

Matt. 15

¶ Rectè verò Niniue ciuitas magna itinere dierum trium orbis tertiarum notissimarum trium partium, Asiæ scilicet, Aphricæ, & Europæ dicitur. Hanc redemptor noster post resurrectionem & glorificationem suam itinere diei vnus introisse scribitur, quando tertiarum orbem vnus veri dei notitia & fide illuminauit, & hoc per suos apostolos (vt iā dictum est) aurbus hanc legationem iniungens, ait: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti.

Mat. vlt.

¶ Adhuc quadraginta dies, inquit, & Niniue subuertetur, quasi dicat: Adhuc pœnitentiæ tēpus vobis gentibus datum est, quod tempus in sua potestate posuit deus: quod quum impletum fuerit, Niniue subuertetur, id est, mundus consummatus per ignem iudicabitur, post quod iam vltà tempus nō erit, prout in Apocalypsi sua Ioannes angelum fortem de cœlo descendente cum iureiurādo firmasse testatur. Et angelus, inquit, quem vidi stātem super mare & su-

Apoc. 10.

M ij per



per terram, leuauit manum suam ad cœlum, & iurauit per uiuentem in secula seculorum, quia tempus ampliùs non erit, sed in diebus uocis septimi angeli, quum cœperit tuba canere, cõsummabitur mysteriũ dei, sicut euãgelizauit per seruos suos prophetas. Mysteriũ Dei consummabitur, Niniue subuertetur, mundus per ignem iudicabitur, homines impij cum diabolo & angelis eius in igne æternũ mittentur, & tempus pœnitentiæ non erit ampliùs. Talis & tante rei prædicatio, clamor est & fragor omni habenti aures audiendi terribilis, ita ut nihil sit terribilius hoc auditu.

pœnitentia Niniuitarum.

¶ Et crediderunt, inquit, uiri Niniuitæ domino, & gentium nationes crediderunt in dominum, & prædicauerunt ieiunium, & uestiti sunt sacco à maiore usque ad minorem: id est, omnimoda humilitatis compositione ad tantam gratiam se præparauerunt, sed & hoc cum gaudio fecerunt, proponentes sibi metipsis iocundum presentis tristitiæ fructum, remissionem scilicet peccatorum, & post exactũ huius uitæ cursum, præparatam sibi uitam sempiternam.

Rex Niniue, Romanum imperium.

¶ Et peruenit uerbum ad regem Niniue. Si mundus totus Niniue, qui in per regem Niniue, Romanum imperium intelligamus, quod utique sic terrore & potentia cæteris regnis præminebat, quomodo ducib⁹ siue Satrapis in quolibet regno potestas regia præminet? Ad hunc regem citius uerbum, quàm ipse Ionas, peruenit, quia caput mundi Roma, priùs quàm uideret apostolos Christi, Euangelium eius audiuit. Et sapienter apprehēdens, fidelē, & acceptione dignum sermonem iudicauit, magnũque cæteris gentibus fuit exemplum credendi. Non enim contemnendum putabāt, quod Romana sapientia rationale esse sua credulitate comprobasset. Unde gratulans Apostolus ait: Gratias ago Deo meo semper per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra annunciatur in uniuerso mundo. Vbi per ea quæ subiungit, palam innotescit quod nondum ipse ad eos uenerat, itaque perueniēte uerbo ad eius modi regē Niniue, ille surrexit de solio suo, & abiit uestimentũ suum à se. Nam usque ad eò profecit auditus uerbi, & paulatim inualuit, ut se de altitudine gloriæ secularis demitteret, & subter Christi maiestatem curuaret genu, verticemque inclinaret tanti imperij celsitudo, baptizato per beatum Siluestrem Constantino. Nam quantum euange-

Roma. I.

Romanæ resp. principes crediderunt.

est
Pri
Ab

Tr
int
dit

euangelio Christi terrena potestas assurrexit, in eo satis apparuit. Tunc enim rex Niniue de solio suo surrexit, tunc verbo domini Romanum imperium assurrexit. Et abiicit vestimentū suum à se, id est, illas quibus inuolutus fuerat, fanaticas religiones assumpta religione christiana reliquit. Et induit saccū, & sedit in cinere, vt scilicet ordinatæ post asperitatē pœnitentiæ, circundaretur delectamento iustitię. Ex tunc auctoritatem & robur beati Petri sedes accepit vt latius dominetur per gentes sacra pontificum eius lingua, quàm dominata fuerat prius Cęsarum purpura. Cui bene congruit quòd rex Niniue clamauit, & dixit:

¶ In Niniue ex ore regis & principum eius dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam. Sicut enim tunc in Niniue secundum regis edictum fieri oportuit, ita etiam secundum fidem & traditionem beatorum Petri & Pauli (qui sunt vel esse debent lingua Romanę sedis) ordinem ecclesiasticum oportet obseruari. Sanè homines & iumenta saccis operta, & clamantia ad deum, & eruditos pariter & simplices intelligere debemus ad prædicationem euangelij pœnitentiã agentes, iuxta quod per Prophetam dicitur: Homines & iumenta saluabis domine quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.

*Homines
pœnitent
& iumen
ta.*

psal.

FERIA TERTIA

post Iudica.



*Recordatus es mei domine deus meus, & Dan. 14.
non dereliquisti diligentes te.*

¶ In hac lectione tria notantur. Primum est peruerforum hominum aduersus innocuum seditiosa molitio. Secum est innocui & iusti diuinitus facta liberatio. Tertium est in homines crudeles & impios digna animaduersio. Primum, à principio lectionis. Secundum, ibi: Erat autem Abacuc. Tertium, ibi: Illos autem qui perditionis.

¶ Circa primum dicitur:

*Congregati sunt Babylonii ad regem, & dixerunt ei
Trade nobis Danielelem qui Bel destruxit, & draconem
interfecit, alioquin interficiemus te & domum tuam. Vi-
dit ergo rex quòd irruerent in eum vehementer, & ue-*

M iij. ccsi.

cessitate cōpulsus tradidit eis Danielē. Qui miserunt eum in lacū leonū, & erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septē. & dabātur eis quotidie duo corpora & due oues, & tunc nō data sunt eis, vt deuorarent Daniele.

¶ Babylonij interpretantur confusione pleni, ordine scilicet legis diuinæ carentes, & significant homines quosque pessimos atque peruersos. Isti congregantur in vnum, conuentum malignantiū constituentes, vt iunctis consiliis & virib⁹ fortiores sint, vel ad pessima quælibet facinora perpetranda, vel ad persequendum quos semper oderunt optimos quosque, & hoc si quo modo possint opprimendos & perdendos. Et quia causæ suæ non fidunt propria conscientia contradicente, vt saltē vi praualeant multi simul cōiuratione facta se colligunt. Venite, inquit, cogitemus contra iustū cogitationes. Et quoniam (principe tenebrarum agitante) quiescere nō possunt ea quæ corde conceperant, deducant ad effectum: Venite rursus, inquit, & percutiamus eum lingua: criminationibus confictis hunc opprimentes, conuitiis & contumeliis illum afficientes.

*Iere 17.
Modus cō
spirandi
contra ba
nos.*

*Factio im
piorū ad
uers⁹ pios*

¶ Huiuscemodi proculdubio fuerūt perditores Danielis, quorū in litera Primò describitur iniqua postulatio, deinde eorum peruersa allegatio. Tertio eorum violenta cōminatio. Quarto eorū contra iustū crudelis executio. Secundū, ibi: Qui Bel destruxit. Tertium, ibi: Alioquin interficiemus te. Quartum, ibi: Qui miserunt. Circa primum dicitur:

*cur pesti
mi bonos
persequū
tur.*

*Bel &
Draco.*

¶ Trade nobis Daniele, vbi sanctum & iustum petūt sibi tradi vt interficiant. Secundò allegat causam, quam dicunt Qui Bel destruxit, & draconē interfecit. Quum tamen hinc p̄mio & laude Daniel dignus esset, qui fraudē sacerdotū Belis & eorū furta deprehēdens detexerat, & quem ad sui periculū nutrierant virulentū diruperat draconem. Istis nō dissimiles sunt, qui idcirco persecutiones optimo cuique moliantur, quòd eorum vitiis & consuetudinibus pessimis atque vetustis, hoc est Belis (Bel enim vetustas interpretatur) obsistit, & ea si quo modo potest satagit extirpare, & draconem, id est, carnalis luxuriæ voluptatem, ignem pestiferum ardentis concupiscentiæ spirantem, quem in sui periculum delitiis carnis nutriunt homines animales, appetitis reprehensionibus insectando, quodam modo dirumpit.

Possumus

¶ Possimus etiam per Belem propter ipsi⁹ licet vanissimè credità edacitatem inexplebilem auarorum cupiditatē intelligere, & præsertim ecclesiæ ministrorum concubinas & filios suos de mensa templi opertis & exquisitis dolis nutrientium. Tertio ponitur eorum violenta cōminatio, quā dicunt: Alioquin interficiemus te & domum tuam. Vides quantum præsumat synagogæ Satanæ effraus audacia.

Quum enim sint ipsi supplicio digni, tamē complicitum sibi multitudinē, iniquissimam voluntatem suam pro lege haberi volunt, cui nisi mox pateatur, violentas factiones suis etiam nonnunquam superioribus intentant. Nec est qui resistat eorum violentiæ, & subueniat cunctorum auxilio destitutis, qui auscultet imperio dicentis:

¶ Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris libere. *In iudices*

rate. Quin potius hi quorū hoc interest, sibi potius quàm a *iniquis*.
illis prospicientes, iustitiæ tramitem derelinquunt. Magis enim timent homines offendere quàm deum, & gratiæ diuinæ fauorem diuitum anteponūt. Quibus per Prophetam dominus dicit: Væ qui iustificatis impium pro muneribus, *Esai. 5.*
& iustitiam iusti aufertis ab eo. Unde sequitur:

¶ Videns rex quod irruerēt in eum, necessitate compulsus *Exod. 22.*
tradidit eis Danielelem, quod nequaquā facere debebat, di- *Eccle. 4.*
cente domino: Innocentem & iustū non interficies, sed potius vsque ad mortem certandum erat pro iustitia. Quarto ponitur impiorum contra iustum crudelis executio, quā dicitur, quod acceptū Danielelem miserūt in lacū leonū, ut à septem leonibus, dierum sex inedia prouocatis, domini fetus deuoraretur. Aded immitis & ferox est aduersus optimum quemque impietas pessimorū, ut illiusse esse prognem comprōbent, de quo scriptū est: Crudelis est, & non miseretur. Paret nihilominus præteritam eorum falsam, imò nullam esse iustitiam, quum habeat vera iustitia commiserationem, falsa verò in alienis cruciatibus voluptatem.

¶ Circa secundum dicitur:

Erat autem Abacuc propheta in Iudæa, & ipse coxe- *Innocentis*
rat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in *oppressi*
campum ut ferret mesoribus. Dixit autem angelus do- *diuinitus*
mini ad Abacuc Fer prandium quod habes in babilonem *falsa libe-*
ratio.

Danieli qui est in lacu leonū. Et dixit Abacuc, Domine,

Babylonem non vidi, & lacum nescio. Et apprehendit eum angelus domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylonem super lacum in impetum spiritus sui. Et clamauit Abacuc, dicens: Daniel serue dei, tolle prandium quod misit tibi deus. Et ait Daniel Recordatus es mei deus meus, & non dereliquisti diligentes te. Et surgens Daniel comedit. Porro angelus domini restituit Abacuc cõfestim in locum suum. Venit ergo rex die septimo vt lugeret Danielem, & venit ad lacum, & introspexit. Et ecce Daniel sedens in medio leonum. Et ex clamauit rex voce magna, dicens: Magnus es domine deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum.

cap. 6.

IOAN. I.

Sedulius.

Deo cur a
essede suis
Deut. 8.
3. Re. 17.

¶ Hic descripta est innocentis oppressi diuinitus facta liberatio. Seruauit enim dominus Danielem a dentibus leonum sicut ipse postmodum confitetur, dicens: Misit dominus angelum suum, & conclusit ora leonum. Quod equidem non minoris est miraculi, quam seruasse incolam in ventre ceti Ionam tribus diebus. Vtrumque naturæ supergreditur facultatem, vtrumque testatur potentie diuine immensitatem. Vnde sanctus versificator cecinit, dicens:

Darij furuerunt iussa tyranni,
Hebrazumque decus Daniel discernitur insons
Ieiunis cibus esse feris, sed bellua iusto
Mitis facta viro, sanctos ne læderet artus,
Cœpit amare famem rabies, mallitia furorem
Deposuit, sæuisque in faucibus ira quieuit:
Et didicere truces prædam seruare leones.

¶ Itaque hunc non minori prodigio nutriuit, qui iactauerat cogit, tum suum in domino, quam a leonibus seruauit. Si prius nutrierat Israel quadraginta annis in sterili deserto, & Heliam ministerio coruorum, vt ostendat sibi curam esse de his qui sincero corde sperant in eum, Quisquis enim primum querit regnum dei & iustitiam eius, iuxta Christi promissum, vitæ necessarius non destituerur.

¶ Accepit autem Daniel prouisionis cœlestis beneficium cum actione gratiarum & voce laudis, dicens: Recordatus es mei domine deus, & non dereliquisti quærentes te. Hoc quippe requirit a nobis deus, vt largitatis suæ dona capieret

tes
dat
ind
hur
mi
in
¶ N
uat
voc
que
ricu
tur
gnu
mic
qui
lem
fe
Na
qui

mi
Tu
ra
cier
uit
¶ H
sipi
in f
prij
tiam
imp
diui
pro
que
iuu
sti
pat
run
tes

tes, agnoscamus tam domum quàm beneuolentiã summi datoris: agnoscamus proinde inopiam & egestatem nostrã indignitatem denique nostram agnoscentes veraciter, & humiliter hanc coram deo confiteamur. Diuinam nihilominus erga nos munificentiam experti, propensius exinde in ipsius misericordia confidamus.

¶ Nec tamen satis fuit domino seruũ suum à leonibus seruatum pauisse, nisi & hũc totaliter liberaret. Vbi primũ voce regis deus Danielis magnus esse proclamatur. Vtique magnus sapientia, qui non ignorat necessitates & pericula suorum. Magnus clementia, qui quo modo miseretur pater filiorum, ita miseretur timẽtibus se. Denique magnus potẽtia, quum (sicut in Daniele probatum est) nec hominum malitia, nec rabies belluarum nocere possit his qui ab eius potentia defendũtur. Et extraxit, inquit, Danielem de lacu leonum, hostium insidiis iam gloriosiore effectum, & æmulis qui illũ prius oppresserant, superiorem. Nam quomodo exinde se illum posse vincere sperarent, qui ora iam perdomuerat rabiosa leonum?

Magnus
deus Da
nielis.

¶ Circa tertium dicitur:

Illos autem qui perditionis eius causa fuerant, intro-
misit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo.

Tunc rex ait: Paueant omnes habitantes in vniuersa terra deum Danielis, quia ipse est liberator & saluator faciens signa & mirabilia in cælo & in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum.

In pesti-

¶ Hic describitur aduersum prauos promerita aduersio. In sapientes enim & maligni (decernente deo) inciderunt

mos visio
iusta.

in foueam quã fecerunt, suis capti consiliis, laqueis propriis irretiti, Vbi admirati & collaudare libet dei sapientiam atque iustitiam qua nouit pios de tentatione eripere:

2. Pet. 2.

impios verò cruciandos in iudicium reseruare. Dum enim diuinæ voluntatis propositum de suis electis impedire re-

Laudãda

des sapien

tia.

probi moliuntur, aduersus semetipsos miseri promouent quod oderunt: & vt celerius compleatur nescientes coadiuuant illis coronam, sibi vincula fabricantes. Itaque sancti Danielis exemplo liquet beatos esse qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam, non modò quia regnum cælorum pro præmio illis seruetur æterno, sed etiam quoniam

Matt. 5.

plerunque

plerumque etiam in vita presentis gloriosiores hinc diuine munere redduntur.

sensualis & goricus. ¶ Ut autem ex præmissis fides erudiatur, aduertamus hæc præfigurata & Iudæorum in Christum dominum nostrum furiosam seditionem, & importunam atque minacem iniunctis domini ad mortem postulationem, ipsorum denique Iudæorum iustam perditionem. Daniel enim Christi typum gessit, interpretatur enim Daniel in vna suarum significationum, causa dei. Reparandi quippe diuini honoris causa, dei filius descendit in hunc mundum. Vnde & Bel, id est, peccati vetustatem destruxit, & draconem illum magnum atque voracem (qui fuit homicida ab initio, & è cælo in terras sempiternas abiectus est) bolum quem avidus, sed imprudens, vorauit, dirupit. Adusit quippe Christi anima potens & gloriosa ab illo per mortem quam ei per Iudæos intulit intromissa, capacem ventrem eius, carcerem videlicet inferorum virtuoso diuinitatis igne, ut ille seruo doluerit se victorem mortis, & inferorum prædatorem, per mortem illatam deglutisse.

¶ Possumus quoque huiusce vetustatis nomine etiam Moisaicæ legis ritus veteres, & Christo presente prorsus abolitos intelligere, iuxta quod dominus ipse ad dexteram maiestatis paternæ in gloria residens in Apoc. dicere perhibetur: Ecce noua facio omnia.

Apoc. 21. Babylonijs seditiosi. ¶ Porro Babylonijs in seditionem & tumultum contra Danielem versi, Iudæi sunt in domini necem furiosa mente debacchantes, & diabolo hos agitante clamantes: Tolle, tolle crucifige eum. Minas nihilominus regi suo Pilato (nisi illis Christum tradat interficiendum) intentantes: Si hunc dimittis, inquit, non es amicus Cæsaris. Hoc ille terrore pulsatus, contra fas tradidit eorum voluntati innocentem dominum crucifigendum. Qui protinus hunc interficientes, quasi in lacum leonum miserunt, quando Christi anima per mortem à corpore separata, descendit ad inferos. Vbi septem famelicorum leonum nomine, vniuersitas demonum qui animarum suppliciis satiari nequeunt, designatur.

¶ Hi contra Christum in regione umbræ mortis præualere nequaquam potuerunt, quos prius in mundo ab obsessis hominum corporibus potenti virtute eiiciens perdomu-

erat

rat, quorum nihilominus principem in cruce moriens triumphauerat. Quomodo enim fieri posset vt aduersus auctorem vitæ præpositi mortis quicquam possent, quum etiam ab ipsius discipulis fuissent conculcati? Ecce, inquit, dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocent. Sicut ergo Daniele in lacu seruans angelus conclusit ora leonum, ita etiam Christi diuinitas inferorum virtutem prorsus elisit.

¶ Proinde prandium Danieli diuinitus missum, plenam atque perfectam animæ Christi glorificationem, & illius immensæ beatitudinis fœlicitatem significat. Siquidem beatitudo, alimentum vitæ æternæ est.

Quòd autem è lacu leonum Daniel incolumis exiuit, quid aliud est nisi quòd Christus victor ab inferis calcata morte rediens ad superos, gloriosa resurrectione triumphauit? Hinc proinde deus Danielis laudatus, atque magnus declaratus est, etiam ab his qui prius hunc per fidem minimè cognouerant, quia & Christi diuinitas, & patris summi maiestas, ex ipsius resurrectionis gloria, prædicantibus apostolis, nationibus gentium innotuit, & ad vnius veri dei confitentiam & adorandam maiestatem, & prædicandam ipsius gloriam incitauit.

¶ Denique digna Iudæorum perditio in illis congruè figurata est, qui propter scelus, quo Daniele in lacum leonum proiecerant, leonibus in momento deuorandi traditi sunt damna sua (id est, sex dierum inedia) leonibus in eos ferociter vlciscentibus. Nam ob incomparabile Iudæorum scelus in dei filium perpetratum, in potestatem Romanorum quasi ferocium leonum deuorandi, hoc est interficiendi, venundandi, & in omnem ventum dispergendi, traditi sunt. Cæterum post exactum calamitosæ vitæ cursum, in lacum inferni dæmonum furori sine fine pœnas daturi proiiciuntur. Vbi damna sua quæ per Christum passi sunt, eorum suppliciiis dæmones ipsi compensant.

*Luce 10.
Christi diuinitas dæmones cōpescuit.*

Christi ab inferis egressio.

Digna Iudæorum perditio.

Iudæi duplīter puniti.

FERIA QUARTA POST
Iudica,



Go dominus leges meas custodite.

¶ In hac lectione ponuntur quedam diuine legis precepta negatiuè, seu inhibitoriè data, quibus contrauenire nullo vnquam tempore fas est, quæ vt confusione vitata in ordinem colligerentur, non potuit ordo literæ seruari. Prohibentur autem in præfenti lectione, peccata operis, peccata oris, & peccata cordis

*Furtu pro
hibetur.*

¶ Quò ad peccata operis, aduertimus in hac lectione septè ex eis prohiberi. Primò enim prohibetur furtum, quum dicitur: Non facietis furtum.

*Furtum
quando co
mittatur.*

¶ Vbi aduertendum est, quòd omnia que prohibetur committi in proximum, ad hoc vnum referenda sunt quod in lege dictum est: Non nocebis proximo tuo. Ideo enim furtum prohibetur, quia per furtum infertur proximo nocementum in re ab ipso possessa. Quòd si rem alterius quisquam illo inuito surripiat, non tamen intentione nocendi, nec vt profit sibi, sed ei potius cui eripitur, nequaquam in præcepto huic cõtrauenire dicendus est. Vt verbi gratia, Si quis insanienti, ne vel sibi vel aliis noceat, violenter, vel etiam latenter eripiat gladium, vel si vxor viro prodigo, & ad inopiam vergenti celauerit pecuniam, vt oportuno tempore in necessarios vsus expendat, nequaquam his modis aut similibus furtum committi putetur,

*Proximi
deceptio
phibetur*

¶ Secùdò prohibetur deceptio proximi, quum dicitur: Nec decipiat vnusquisque proximum suum, videlicet in negotio, puta, commutando, vendendo, locando, commodando, mutuum dando, emendo, conducendo, commodatum, vel mutuum accipiendo, vel modis similibus.

*Violenta
proximi
oppressio.
Gene. 4.*

¶ Tertio, prohibetur violenta proximi oppressio, quum dicitur: Nec vi opprimes eum, videlicet proximum. Clamat enim vox oppressorum ante deum. Vndè quum oppressisset Cain fratrem suum Abel, ait ad eum dominus: Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me terra. Hinc rursum quum opprimeret Pharao filios Israel in Aegypto ait dominus ad Moysen: Clamor filiorum Israel ad me, videlicet afflictionem eorum, qua ab Aegypto opprimuntur.

Exod. 4.

*Detentio
mercedis.*

¶ Quarto, prohibetur retentio mercedis mercennarij, quum dicitur: Non morabitur opus mercennarij tui apud te vsque

que manè. Forſan enim merces ſui laboris, vel ſibi, vel ſuis eodem die neceſſaria eſt: quæ ſi in diem alterum differatur, ipſe in ſe vel in ſuis ſuſtinet detrimentum. Et licet hæc in craſtino recipiat, iniuriam tamen pertuliſſe probatur. Vnde beatus Iacobus, peccati huius grauitatem inſinuâs dicit: Theſaurizaſtis vobis irâ in nouiſſimis diebus. Ecce enim merces operatorû qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamar, & clamor eorû in aures domini ſabbaoth introiuit.

¶ Quintò, prohibetur parabolica locutione ſcandali ſubmiſtratio, quum dicitur: Coram cæco non pones offendiculum. Offendiculû coram cæco ponere, eſt nocumentum quodcumque ei qui illud ignorat inferre. Proinde corâ cæco offendiculum ponit, qui etſi licitam rem agit, ei tamen qui diſcretionis lumen non habet, ſcandali occaſionẽ præbet. Et confirmatur prohibitio, quum ſubiungitur. Sed timebis dominû deum tuum, quia ego ſum dominus. Quod vtrique adiecit, vt vel timore ſuæ potentix coerceat præſumptionẽ mortalium, ne inferat iniuriam ei qui hanc nõ aduertit, nec inde requirit vltionem. Siquidem Deus ipſe quod homo læſus non vlcifcitur, grauiùs vindicabit.

¶ Sextò, prohibetur iniuſtum de proximo iudicium, quum dicitur: Non iniuſtè iudicabis. Hoc mandatû iudices conſiderat: cui & illud additur: Non conſyderes (ſcilicet in iudicio) perſonâ pauperis, vt propter gratiam pauperis declines à iuſtitia. Non enim vult deus vt cum alterius iactu accõmodes te in iudicio pauperi, quum nõ ſint faciẽda mala, vt veniant bona. Non enim fas eſt rapina, vel fuito, vel alias illicitè quæſtis, leuare pauperem, & multò min⁹ calumnia, vel iudicio iniquo. Nec honores, inquit, vultum potẽtis, vt te illi in iudicio propter ipſius potentiã accommodes in pauperis, aut in potẽtioris iniuriã & detrimẽtû.

¶ Septimò, prohibetur quauis ad homicidium cooperatio, quum dicitur: Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Ego dominus. Ac ſi dicat: Non te his adiunges qui proximo ad mortem inſidiantur. Plerique etenim aliorum ſocietate fulti faciunt, quod ſoli facere nec auderẽt nec poſſent. Non ergo ſtabis contra ſanguinem proximi, illi aſſiſtendo, qui (vt dictum eſt) ſanguini inſidiãtur, vel cuiuſſiam optando mortẽ, vel de eius nece gaudento, vel eam

Iacob. 5.

Submiſtratio ſcandali.

Iniuſtitiã cõtra proximum in iudicio. Roma. 2.

Cooperatio ad homicidium fit multis modis.

appre-

approbando.

Roma 13

¶ Non tamen est putandum, q̄ hoc præcepto iudices prohibeantur criminosos interficere, quum potius ipforum crimina, & iustarum præscripta legum hos interficere probetur, non ipsi iudices, qui non sunt timori boni operis, sed mali. Quòd si vis non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa. Quòd autem generaliter dicitur: Nō facies quod iniquum est, siue potens sit & diues, siue pauper, præcedentia omnia concludit. Potentum enim esse solet, vi opprimere, mercedem retinere, cæco offendiculum ponere. Pauper autem propter inopiam impelli solet ad iniquitatem. Vndè & Salomon ob hanc causam deprecatur paupertatem, dicens: Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar: Mendacitatē & diuitias ne dederis mihi. Tribue tātū victui meo necessaria. Ne fortè fatiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis es dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.

Prov. 30.

¶ Quòd ad peccata oris quæ in lectione exprimuntur, primo prohibetur mendacium, quum dicit: Non mentiemini. Vbi absolute mendacium prohibetur, utpote illicitum & incoessum, sicut & alia quæ semper illicita sunt, & absolute prohibentur, ut (verbi gratia) vbi dicitur: Nō habebis deos alienos. Non mœchaberis. Non furtum facies.

*nun propter offi-
ciū sit mē-
tiendum.*

¶ An autem sit mentiendum in eo casu quo non modò per mendacium nemo læditur, sed etiam alicui in necessitate aliqua cōstituto per mendacium subuenitur, dicunt utriusque nonnulli quòd sicut non solū est licitum, sed etiam expediens, volenti occidere proximum, gladium furari: ita & mendacium proferre, ut malum aliquod euitetur, sicut & illa calumnia ad maius gaudium profecit quàm Ioseph fratribus suis de furto cyphi argentei inferebat, quibus etiam insinulatum explorationis crimen intenderat. Fortassis enim sicut furtum censeri non debet, nisi quādo occultè ablato alieno proximus læditur, sic nec calūnia dici iure debet, nisi quando falsi criminis obiectione proximo detrimentum inferitur.

Gene. 44

Respōsio.

¶ Sed non sic possumus dicere, videlicet, tantū in eo casu mendaciū esse, quo quis ut alij noceant mentitur, imò quòd docunque à sciente quod falsum est, vel esse falsum creditur, ab ipso dicente profertur, siue illud intentione fallendi

di, si
¶ N
legu
vt ex
quòd
lib
diam
Raal
uare
mon
daci
¶ Sec
dicit
Dei
ginta
iulius
per v
quod
tuir,
tendi
piam
(qu
quan
iuran
tunc
rum
quan
men
quod
malè
vult
rar, se
¶ Ter
fitio,
quia
mine
¶ Qu
fama
sordo
adue

di, siue impendendi officium proferatur, esse mendacium. ¶ Nec his obstat quòd obstetrices Aegypti pro mendacio leguntur à Deo remuneratæ. Et mèrita ciuibus suis Raab, vt exploratores seruet liberata est, quia nò propter hoc quòd mentitæ sunt, sed quoniam infantes obstetrices illæ liberauerunt, remuneratæ sunt. Et propter hanc misericordiam veniale fuit peccatum, nò tamen nullum. Similiter Raab liberata est è ruinis Iericho, quia (vt dictū est) vt seruet exploratores populi Dei, qui per ipsius mendacium mortis discrimina euaserunt, propter quod etiā ipsius mendacium fuit veniale peccatum.

Exod. 1.
Iosue. 2.
Obstetricum &
Raab mè
dacium.

¶ Secundò, inter peccata oris prohibetur periurium, quum dicitur: Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomē Dei tui. Ego sum dominus. Secundū translationem septuaginta inter. sic habes: Non leuabitis nomen meū in iniuriam iurandū. Cui præcepto controuenitur, nò modò quando per venerandum Dei nomen mendacium affirmatur, aut quod verum est negatur, vel quod per idem nomē promittitur, non impletur, vel à dicente seu promittente non intenditur impleri, vel quando per Dei nomē aliquis se quidpiam facturum iurat, quod non nisi scelere potest impleri (quale fuit iuramentum Herodis factū saltatrici) sed etiam quando id quod illicitè iuratum est impletur. Talia nempe iuramenta nec debent fieri, nec facta seruari. Nec tamen tunc primū periurus est, quando id quod malè se facturum iurauit non facit, sed tunc periurij culpam incurrit, quando rem illicitam se facturum iurauit. Nec pollues nomen Dei tui. Ergo polluis nomen dei tui, vel nò faciendo quod te licitè facturum iurasti, vel peius implendo quod malè iurasti. Ipse etenim Deus per quem iuras vsque ad eò vult bona, vt etiam etsi mala comminetur, non tamen inferat, sed si videat pœnitentes etiam pietatem impendat.

Periurium
prohibetur

Marc. 6.

¶ Tertio prohibetur calumnia, id est, falsi criminis impositio, quum dicitur: Non facies calumniam proximo tuo, quia sine mendacio pernicioso & iniquo proximi grauamine fieri non potest.

¶ Quarto prohibetur maledicentia, & obrectatio contra famam absentis, quum dicitur: Nò maledices surdo. Nam surdo maledicere, est absentis (vel tamen si præsens sit) non aduertentis, vel non intelligentis, famæ per verba ipsum vilifi-

Roma. 1. vilificantiā derogare. Vndē Apostolus dicit, Detractores Deo esse odibiles, ob id nimirum quōd astuti & fraudulenti serpentis dolos imitentur, sicut per Sapientem dicitur:

Eccle. 10. Quo modo si mordeat serpens in abscondito, nihil minus habet qui secretē detrahit proximo suo.

*crimina
tio.* ¶ Quinto, prohibetur criminatio, quum dicitur: Non eris criminator. Est autem criminator, vel qui crimina proximis imponit, vel palam obicit, vel qui aliena crimina asuerus est circumferre, & aliis denarrare, vel qui (non gratia correctionis, sed liuore inuidiæ) proximum de crimine quouis accusat.

Susurratio. ¶ Sexto, prohibetur susurratio, quum dicitur: Nec susurro scilicet eris, in populis. Est autē susurro qui simulans amicitiam, per verba occulta ore bilingui separat amicos, apud alterutrum alteri obrectādo. Et quum rursus apud alterū blanditus fuerit, & detraxerit absentī, mox ad eū se transferens cui derogauit, fallaci lingua nunc etiā priori detrahit, & huic cui detraxerat blanditur. Hic susurro dicitur, de quo scriptum est: Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Cuius os maledictione & amaritudine plenum est. Et rursus: Venenum aspidū sub labiis eorum. Fert profectō mortiferū sub funesta lingua venenū quod animæ vitam scilicet fraternam charitatem extinguit, loco cui⁹ inuidiæ atq; odij mortē secū adducit.

Odiū prohibetur. ¶ Quō ad peccata cordis tria præsertim quæ vel maxime virtuti charitatis aduersantur lectio comprehendit. Quorum primum est odium, quod prohibetur, quum dicitur: Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicē argue eum, ne habeas super illo peccatum. Est autem odium, inueterata, & implacabilis, donec æmulum pessundet.

Odiū & ira differunt. Nascitur autem ex ira, sed proles parente pestilentior est, quia odium ira peius & diuturnius est. Ira enim subditus animi motus est, quo quis ultionem ab eo qui nocuit ardenter exposcit, sed motus ille passio pertransiens est: odium verō passibilis qualitas. Differunt ergo ira & odium, sicut rubedo vultus ex verecundia subito veniens, & mox abitura, & illa vultus rubedo quæ est ex caumate.

¶ Secundum peccatum cordis quod hic prohibetur, est frivola voluntas se vlciscendi, id est ira, quum dicitur: Non quæres ultionem, hoc est, Ne vlciscendi libidine rapiaris.

siue aduersus hunc qui te offendit, siue qui arguis de peccato proximum. Neque latari velis aut consolari de alieno malo, sed potius intendas illi consulere quem arguis.

Deut. 32.

1. Reg. 25

Nam Deus ultionem propriarum iniuriarum nobis non permittit, sed reseruat sibi. Mea, inquit, est ultio, & ego retribuam. Vnde quum mulier prudens Abigail concitatum David aduersus virum suum Nabal, & iam ad vlciscendum se properantem, verbis & muneribus placasset, ille eam hinc commendans ait: Benedicta tu, & benedictum eloquium oris tui, quæ prohibuisti me ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea. Attamen si legitimo iudici ultionem forefacti detuleris, cui scelera puniendi facultas data est, illam utique Deo detulisti. Nam omnis potestas à Deo est, & ipse iudex Dei minister est, vindex in iram ei qui male agit.

Roma 13

¶ Tertium est iniuriæ reminiscencia quæ prohibetur quum dicitur: Nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Perniciosa enim atque onerosa est homini recordatio iniuriarum, & grauem cordi tristitiam adducens, de qua per Salomonem dicitur: Sicut tinea vestimento & vermis ligno, sic tristitia viri nocet cordi. Dicere solitus erat generosi & verè magni animi vir, tametsi gentilis, nullius se rei citius quàm iniuriam obliuisci.

Iniuriarum

recordatio

prohibetur.

Prou. 25:

Cæsar.

¶ Differt autem peccatum hoc à precedenti, quia quum illud sit studiosa voluntas se vlciscendi, istud sine ultionis sumendæ proposito sola iniuriæ cum quadam animi amarulentia molesta recordatio est. Quam dominus è cordibus suorum omnino volens euellere: Patet meus, inquit, tradet vos tormentibus, si non dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

Matt. 18.

FERIA QUINTA

post Iudica.



It fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie vt placeat tibi.

Dan. 3:

¶ In hac lectione quatuor nobis consideranda proponuntur. Primum est Azariæ serui Dei intenta supplicatio. Secundum est propriæ miseræ humilis recognitio. Tertium est animæ contritiæ spiritualis

N tualis

tualis oblatio. Quartū est ex omnibus quę in oratione pe-
tuntur diuini honoris intētio. Primū à principio lectionis.
Secundū, ibi: Quia imminuti sumus. Tertiū, ibi: Sed in ani-
ma contrita. Quartū, ibi: Erue nos in mirabilibus.

¶ Circa tertium dicitur:

*Domine Deus propter nomen tuum ne dissipēs testa-
mētum tuum, neque auferas misericordiam tuam à nobis,
propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuū,
& Israel sanctum tuum. Quibus loquutus es, pollicens
quòd multiplicares semen eorum sicut stellas cœli, & si-
cut arenam, quę est in littore maris.*

*Puerorū
in fornacē
conser-
uatio.*

¶ Lectio pręsens est oratio Azarię serui dei, qui vnā cū so-
ciis suis, Ananja scilicet & Misaele, quia statuā auream quę
rex Babylonis erexerat, adorare recusauerant, vestiti & li-
gati in fornacē succensam missi sunt. Quo facto descendit
angelus domini cū Azaria, & sociis eius in fornacē, & ex-
cussit flammā ignis de fornace, & fecit medium fornacis
quasi ventū rotis flantem. Incendit autem excussa flamma
quos repperit iuxta fornacē de Chaldæis, ministros regis
qui illā incendebant. Tunc Azarias vinculis quidē exussis,
sed vestimentis omnibus illæsis solutus, cū sociis stans, vt-
pote fortis in aduersis in hūc modum orauit ad dominum.
Domine Deus propter nomē tuum, & cętera quę sequun-
tur. Quum dominum appellat, potentiā eius confitetur.

¶ Precatur autem ne fœdus quòd olim cum populo suo pe-
pegerat Deus, nunc dissipet, neque illos habeat vel quasi
alienos, vel hostium loco. Ne autem videatur huiuscemo-
di fœderis conseruationem tanquam rem debitam postu-
lare, & nō magis gratiam quā iustitiam prętere, Ne
auferas, inquit, misericordiam tuam à nobis. Siquidem ex
misericordia tua processit, nō ex meritis nostris, quòd te-
stamentum & fœdus nobiscum inieris.

¶ Et quoniam ignorare non potuit populum suum fœdus
rupisse, & iugum diuinę legis abieciisse, & testamentum do-
mini multipliciter pręuaricasse, & ob hoc non esse dignos
quibus Dominus ipse per eos pręuaricatum seruet testa-
mentum, hinc est quòd pro hominibus homines, pro prę-
uaricatoribus offert sanctos atque acceptissimos Deo pa-
tres: Propter Abraham dilectū tuum, & Isaac seruum tuū.

& Israel sanctū tuum: quasi dicat, fatemur quidem nos in dignos tua miseratione, sed patrum nostrorum qui tibi placuerunt offerimus gratiam.

¶ Et rectè quidem horum trium patrū Abraham, Isaac, & Iacob gratiam obtestatur. Nam in his tribus saluator noster Christus (quo vtrique mediatore patri reconciliamur) præfiguratus est. In Abraham videlicet, quia egressus est de terra sua. In Isaac qui promptus fuit in victimam Deo offerri & immolari. In Iacob qui bis in septem annis pro Ra chele & Lya sibi copulandis seruiuit. Saluator quippe noster de cælis à regalibus sedibus quasi de terra sua, assumēdo nostram mortalitatem egressus est, sicut ipse per Ieremiam loquitur, dicens: Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dilectam animam meā dedi in manibus inimicorum meorum.

¶ Immolatus proinde fuit, pro nobis omnibus in ara crucis victima preciosa. Immolatus, inquam, quia ipse voluit Deique pro coniungenda atque despōsanda sibi ecclesia credentiū ex Iudæis & gentibus collecta, quum esset ipse dominus omniū, humiliavit semetipsum formam serui accipiens, & seruire dignatus est, sicut ipse ait: Filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare, & dare animā suam redemptionē pro multis. Ait ergo Azarias orans, ac patrum gratiā, factamque ad eos dei cōmemorās pollicitationem.

¶ Propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctū tuum, quibus loquutus es pollicens quōd multiplicares semen eorum sicut stellas cæli, & hoc quōd ad bonos, & sicut arenam quæ est in littore maris, quōd ad malos. Itaque etsi impendendæ misericordiæ nobis debitor non sis, attamen tuæ gratuitæ promissioni, & veritatis tuæ stabilitati debitorem te esse gratulamur, cui proprium semper est misereri, & parcere pœnitentibus: qui sicut sanctus es in omnibus operibus tuis, ita etiā fidelis in omnibus verbis tuis. Quomodo igitur tua promissio de seminis multiplicatione facta patribus implebitur, si dissipaueris testamentum tuum nobiscum?

¶ Circa secundum dicitur:

Quia domine imminuti sumus plus quā omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccatā

N ij *nostra.*

Orās patrū merita allegat

*Christi typus hi tres
Gene. 12.
Gene. 22
Gene. 26.*

Iere. 12.

Philip. 2

Matt. 6 2

nostra. Et non est in tempore hoc princeps, & propheta,
& dux, neque holocaustum, neque sacrificium, neque ob-
latio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te,
vt possimus inuenire misericordiam tuam.

*Iud. eorū
inter gen-
tes cala-
mitas.*

¶ His verbis & suam & suæ gentis miseriam complorat & confitetur, quasi dicat: Promisisti te genus nostrum multiplicaturum sicut stellas cæli & arenam maris, & ecce propter peccata nostra imminuti sumus, & numero, & æstimatione plus quàm omnes gentes. Nam quod ad æstimationem pertinet, abiecti sumus & humiles in vniuersa terra, quum non sit nobis hoc tempore, nec princeps, id est, pontifex in his quæ sunt ad Deum, qui offerens dona & sacrificia pro peccatis populi apud dominum intercedat, nec propheta superest à quo domini voluntatem populus sciscitetur, & de cuius ore loquētem nobis Deum audiamus. Neque dux est vllus qui dispersos colligat, collectos in vnum æquis iudicet legibus, & suo terrore populum à diuinæ legis præuaricatione coerceat, ac pro populo contra hostes armis decertet.

¶ Rursus nequè sacrificium superest, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus per hæc inuenire misericordiam apud te. Omnia enim hæc deficiente pontifice & templo, defecerunt, vt per ista vtique aduersum futura peccata, remedia, & contra delicta præterita legitimas expiationes, possimus apud te reperire misericordiam. Idipsum etiam nunc & nobis ploranda est, quòd videlicet propter peccata nostra indigni sumus, qui veros pastores & pontifices sanctos sortiamur, & quòd assiduis agitantibus nos aduersitatum & hæresum procellis, malè turbati & afflicti, dignum Deo non reddimus penitentię & operum bonorum sacrificium. Quid autem acceptissimum dominum domino sacrificij loco offeramus, sequentia manifestant.

¶ Circa tertium dicitur:

*Sed in anima contrita & spiritu humilitatis suscipi-
mur sicut in holocausto arietum, & taurorū: & sicut in
millibus agnorum pinguiū, sic fiat sacrificium nostrū in
conspectu tuo hodie vt placeat tibi quoniā non est con-
fident-*

fidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde, & timemus te, & querimus faciem tuam, ne confundas nos, sed fac nobiscum secundum mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiae tuae.

*Acceptio
deo sacrifici-
um.*

¶ Hic notatur animae contritae deo semper acceptabilis oblatio. Siquidem (vt propheta ait) Sacrificiū est deo spiritus contribulatus, cor contritū & humiliatum deus non despiciet. Quasi dicat: Et si facultas desit offerre domino in holocausta arietes & tauros & millia agnorum pinguium, saltē suscipi precamur in anima contrita & spiritu humilitatis, sicut à te suscipi speraremus, si hæc omnia manus nostra posset inuenire. Sic, inquam, fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo, id est, in luce conscientiae, vt placeat tibi, quia confidimus futurum, quia non est confusio confidentibus in te.

¶ Et quia non sat est contriti cordis sacrificium deo offerre nisi etiam in futurum vias nostras corrigamus, & summo studio vitemus exinde peccatum, ideo post prædicta subsequitur. adiecit: Et nunc sequimur te scilicet iubenti obtemperando, sequimur, inquam, te in toto corde, de præteritis culpis pœnitentes: & sicut filij patrem, ita & nos timemus te, & querimus faciem tuam, hoc est misericordiam & gratiā. Non confundas nos, expectata misericordia nos frustrādo, sed fac nobiscū, vt & nos auxilio tuo freti faciamus & operemur tecū, secundum mansuetudinem tuam, non secundum merita nostra, & secundum multitudinem misericordiae tuae, quia multa sunt peccata miseræ nostrae.

¶ Ceterum vt nouerimus & ipsi quod offerre deo pro peccatis nostris debeamus, utique nō modò nostra sicut Israel secundum carnem faciebat sed magis nosmetipsos. Siquidem de corde nostro offerre debemus peccati detestationem, & propositum vitæ melioris. De ore admissorum humilem confessionem, orationem, gratiarum actionem, & vocem laudis. De corpore verò mortificationem membrorum nostrorum quæ sunt super terram, & euangelicæ crucis assiduam baiulationem. De ea nihilominus quæ extra nos est temporalis substantiæ facultate, promptam & hilarem in pauperes erogationem. Sed operæ precium est considerare quonam modo de his quæ dicta sunt offerre deo

*Quid deo
pro peccatis
nostris
offeramus
coloss. 3.*

FERIA QUINTA

sacrificium possimus, vt placeat in conspectu eius. Quorundam enim sacrificia, quia non rite offeruntur, reprobantur à domino, sicut per Esaiam loquitur, dicens: Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? Plenus sum. Ne offeratis vltra sacrificium frustra.

Isai. 1.

*Legitim⁹
sacrifican
di virtus.*

Leuit. 1.

Sine pelle

Mat. 23.

Mat. 6.

Leuit. 2.

Sine melle

Luc. 18.

Sine felle

Mat. 5.

Leui. 2.

*Sine fer-
mento.*

1. Cor. 5.

Eccle. 9.

Leui. 2.

cù thure

Leui. 2.

¶ Intelligamus ergo sacrificium nostrum iuxta typum legis offerri debere sine pelle, sine melle, sine felle, sine fermento.

¶ Primò sine pelle ostentationis & iactantiæ. Hinc enim illi deo non placuerunt, qui omnia opera sua faciebant coram hominibus, vt videretur ab eis: qui quoniam receperunt mercedem suam, de reliquo mercedem non habebunt apud patrem qui in cœlis est.

¶ Secundò fieri debet sacrificiũ nostrũ sine melle propriæ complacentiæ. Propter hanc enim non placuerunt deo ieiunia & decimæ pharisæi hinc sibi placentis atque iactantis sese, quòd non esset ipse sicut ceteri hominum.

¶ Tertio sine felle iracundiæ & odij & cuiusvis amarulentiæ. Hinc enim cuique nostrum à domino dictum est: Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

¶ Quartò fieri debet sacrificium nostrum sine fermento culpæ, & corruptæ conscientiæ, sicut per Apostolum dicitur: Auferte malũ ex vobis. An nescitis quia modicum fermentũ totam massam corrumpit? Qui enim offendit in vno, multa bona perdet. Non enim respicit deus ad munera tua, nisi te metipsum talem exhibeas, vt ad te primũ placatus ipse respiciat.

¶ Debet proinde secundum diuinæ legis præscriptum oblatio nostra nonnullis conditionibus fœlci, vt deo sic accepta, videlicet vt fiat.

¶ Primò cum thure, deuotionis scilicet & sanctæ orationis. Nam virtus orationis thure significatur, dicente Psal. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Sed nisi incendatur thus, non redolet, & oratio nostra nisi sancto feruore pietatis inflammetur, non redolet, nec ascendit ante deum. Itaque sacrificium nostrum pia semper, & humilis commendet oratio.

Secundò

¶ Secundò debet fieri cum sale discretionis, vt sit rationabile obsequium nostrum, & ne quid nimis. Sicut autem sine sale cibus omnis insipidus est, ita nec deo sapit quod offerimus, si non fuerit discretionis sale conditum. Proinde sicut caro recens sine sale seruari diu non potest, ita nec sine discretionis condimento potest quisquam in exercitatione virtutum perseverare.

*cum sale.
Roma. 12.*

¶ Tertio debet fieri cū sanguine, id est, recordatione mortis & effusi sanguinis domini redemptoris, quia non nisi per virtutem oblationis suæ prodesse nobis ad salutem potest aut esse gratum deo quicquid obtulerimus operum bonorum. Ipse enim est altare nostrum, super quo solo fas est sacrificia legitima deo offerre. Nam sine fide (redemptoris scilicet) impossibile est placere deo.

cum sanguine.

¶ Quarto debet fieri cum omnimoda integritate. Nam de amputatis aure & cauda, vel mutilatis aut imperfectis, sacrificiū fieri prohibetur. Quo nimirum perseverantia nobis commendatur. Non enim qui quantumlibet bene inchoauerit, sed qui perseverauerit vsque in finem hic saluus erit.

*Hebr. 11.
Leuit. 12.
cum integritate.
Matt. 17.*

¶ Circa quartum dicitur:

Erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo domine. Et confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. Et sciant quia tu es dominus deus solus, & gloriosus super omnem terram.

¶ Hic docemur ex omnibus quæ orantes petimus diuini nominis honorem intendere, iuxta quod docet Apostolus, dicens: Siue comedatis, siue bibatis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Hinc enim tota bonitas operum nostrorum coram deo pensatur. Non ergo deum in necessitate vel tribulatione qualibet constituti inuocantes in hoc finem constituere debemus, vt videlicet inde liberari propter nos ipsos finaliter petamus, sed potius precari debemus, vt nos eruens in mirabilibus suis, det inde gloriam nomini suo, vt hinc ab omnibus cognoscatur, timeatur, & honoretur, secundum quod per Psalmum dicitur: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

I. Cor. 10

FERIA SEXTA

post Iudica.

N iij

Iere. 17.



Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur.

¶ In hac lectione quatuor insinuantur, Primum est deserentium dominum perpetua confusio. Secundum est prophetae ad dominum deprecatio. Tertium est propheticae praedicationis impiorum insultatio. Quartum est denunciata peruersorum futura punitio. Primum à principio lectionis. Secundū, ibi: Sana me domine. Tertiū, ibi: Ecce ipsi dicūt. Quartū, ibi: Confundātur qui me persequūtur.

¶ Circa primum dicitur:

Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur, recedentes à te in terra describentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum.

Confundi quid sit.

¶ Confundi solet homo dum ab eo destituitur & frustratur in quo spem suam vel maximè posuerat. Ait ergo: Domine omnes qui te vel per idololatriam, vel per quancūque mortalem culpam derelinquunt, confundentur aeterna confusione, nisi fortè dum tempus est pœnitendi respiscant. Recedentes à te per viam impiam, & ad vana se conuertentes, de libro viuentium deleti, in terra scribentur, cum his qui non nisi terrena sapiunt. Et quia terra mollis est, quod in ea scribitur, citò deletur. Peribit quippe de terra memoria eorum. Et sicut boni & iusti scribuntur in cœlo (prout à domino Apostolis dicitur. Nomina vestra scripta sunt in cœlis) sic isti cœlo reprobi, in terra scribentur, quia nihil boni habent nisi in terra. Vocauerunt quippe nomina sua in terris suis, de quibus etiam per Ezechielem dominus loquitur, dicens: In consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur.

in terra scribentur.

Luc. 10

Ezech 13

Quibus literis interra scribentur.

¶ Porrò litera quibus isti in terra miserix & tenebrarum scribentur, diuitiæ fragiles sunt, & deliciae atque voluptates carnis periturae, honores perinde vani, & ambitio huius seculi. Et quantò magis terræ per hæc tria quispiam inscribitur, tantò magis à scriptura sanctorum, & à libro viuentium elongatur.

Iere. 2.

¶ Causam quare scribendi in terra, & è cœlo delendi sunt, subdit Propheta, dicens: Quoniam dereliquerunt venam aquarum

aquarum uiuentium dominum, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent aquas continere, aure surda vocem inuitantis prætereuntes, qua dicit: Si quis sitit veniat ad me, & bibat, & de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quod dixit de spiritu quem accepturi erant credentes. In quibus gratiæ cœlestis inundatio, non modò malarum cupiditatũ sitim extinxit, sed insuper ab eis doctrinæ & sapientiæ salutaris flumina in alios deriuantur, quæ possint etiam spiritaliter mortuos viuificare, & uiuentibus in domino vitam seruare. Vndè & alio loco dominus ait: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Ioan. 7.

Ioan. 4.

Circa secundum dicitur:

Sana me domine, & sanabor, saluũ me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es.

Hic ponitur pia Prophetæ deprecantis oratio Clamans enim ad medicum, dicit: Sana me domine, infirmitatem confiteatur. Ac si dicat: Sana me domine, quoniam infirmus sum

Pia propheta oratio.

Et sanabor, inquit. Tunc enim sanitas medicinam sequitur quando medicus ipse deus animæ sanitatem impartitur.

Medici complures curauerunt Emorrhœissam, sed à nullo sanari potuit, nisi ab illo qui totum hominem potes sanum facere verus est medicus malè habentibus oportunus. Propter hoc laus mea tu es, inquit. Hoc est, Gaudiũ meũ, gloria mea. Hoc dicere potest, qui relictis huius seculi vanitatibus

Luca. 8.

Ioan. 7.

Iere. 9.

in solo deo lætatur. Nõ ergo gloriatur sapiens in sapietia sua nec fortis in fortitudine sua: & nõ gloriatur dives in diuitiis suis, sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me.

Itaque quia peruerso amore rerum mundanarum anima peccatrix inficitur & infirmatur, decipitur & fraudatur, & veri boni gustu perdit, desiderijs suis vaga, nũc hæc mox illa requirit non valens inuenire requiem, quæ per amicitiam huius mundi iram Dei sibi thesaurizauit, clamat ad medicũ qui potest eam reficere & sanare, clamat & dicat: Sana me domine, & sanabor. Frustra in alios mēdaces animæ medicos (terrena videlicet solatia) substãtia erogatur quando quidem hinc & peius ægrotabit. Nam mundi huius desiderabilia, & vanæ mortalium voluptates, cisterne sunt inutiles & dissipatæ, quæ aquas stabilis gaudij nequaquam valent continere.

Amor mundi vt animam peruertit.

¶ Circa tertium dicitur:

Ecce ipsi dicunt ad me, vbi est verbum domini? Veniat. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens, & diem hominis non desyderavi tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit non sis mihi tu formidini, spes mea in die afflictionis.

*Peruersi
vt Pro-
phetae in
sultant.*

¶ Hic ponitur aduersus propheticam denunciationem impiorum insultatio. Insultabat enim synagoga hominum perfidorum prophetae, excidium ciuitatis & templi, & impiae gentis transmigrationem praedicenti, & dicebant: Vbi est verbum domini? Nequaquam ventura credentes quae propheta denunciabat, dilationem malorum dissimulationem arbitantes. Veniat, inquit: hoc est, Videamus si verum dicis. Quibus dissimiles non sunt, qui cominationibus diuinis per caelestis verbi praecones non terrentur. Qui sane, vel non credentes diffidere, vel certe si credunt, contemnerent, & contemnerent insanire conuincuntur. Sed ve desyderantibus diem domini, qui tentare volunt & experiri, quae sibi in die illa superuentura sunt. Sed quid inter haec & horum insultationes pius domini propheta?

Amos. 5.

*Prophetae
constantia.*

¶ Et ego, inquit, non sum turbatus te pastorem sequens, id est, inter eorum insultationes & minas, tua sequens mandata securus sum. Ille in via turbatur, qui eam per quam debet incedere, non valet inuenire. Ego autem, inquit, viam bonam te duce, te pastore, ingressus sum. Et illis in sua perfidia dicentibus: Vbi est? Veniat, ego non sum turbatus sequens te pastorem, viuisficatorem, & saluatorem animae meae. Et hoc ideo. Quia diem hominis non desyderavi, tu scis.

*Diem ho-
minis desi-
derare
quid sit.*

¶ Diem hominis dicit, vitam longiorem humanam laudem, mortalium fauorem, vanos huius seculi honores, mundi prospera, carnis voluptates. Haec sunt enim quae secundum hominem desyderantur. Quisquis autem haec non quaerit, sed contemnit, etiam contumelias & aduersa non sentit. Ego non sum turbatus, inquit, te pastorem sequens, sicut turbaret seculi huius desyderabilia & vanitates sectando. Nam quanto quis Christum de propinquo sequitur, tanto minus turbatur, & minus sentit laborem, sicut ipse testatur dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos & post

Matt. II.

pauc

pauca sequitur: Et inuenietis requiem animabus vestris. Iniquè igitur ipsi dicunt mihi, inquit, vbi est verbum domini Veniat, quia non sunt mentitus quæ ventura sunt eis in nomine domini prædicendo, sicut ipsi me putant esse mendacem. Nam quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit quasi dicat, In cælo est testis meus, & conscius meus in excelsis. Qui enim in cælo sibi testem habet is etsi nonnunquam ab hominibus in mundo vituperatur, non curat. Sed testem in cælo deum non habent, nisi qui per obedientiam hunc in terra sequuntur, Tales enim non turbantur in viis domini, sed rectè incedunt præcessore domino, nec lassantur. Ipse est enim qui dat virtutem lassio.

¶ In præmissis tria notantur quæ necessaria sunt testi diuinæ veritatis. Primum est patientiæ longanimitas, quum dicit: Ego non sum turbatus te pastorem sequens. Secundum est vera mentis humilitas, quum subinfertur: Et diem hominis non desideravi, tu scis: id est, gloriam huius seculi (vt diuum est) hoc tu scis, qui iudex & testis es. Postremò requiritur doctrinæ veritas, quod notatur quum dicit: Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit.

Quum ergo hæc ita se habeant (inquit ad dominum loquens Propheta sanctus). Non sis mihi tu formidini spes mea in die afflictionis quasi dicat: Da mihi fiduciam, vt per hanc auxilio tuo fortis & inconcussus consistam:

¶ Spes mea in die afflictionis. Nam in tempore prosperitatis spes minus exercetur, quum tunc potius exerceri timor debeat, vt in die bonorum memor sit homo malorum, dicente domino: Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram, sed magis exercenda spes est in die tribulationis: nam & sidera non nisi in nocte lucent. Quoniam igitur verum est quod egressum est de ore meo, & quod diem hominis (te teste) non desideravi, nec sum turbatus te pastorem sequens propterea vt sequitur.

¶ Circa quartum dicitur:

Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego: paueant illi, & non paueam ego. Induc super illos diem afflictionis, & duplici contritione conterere eos.

¶ Hic denunciatur peruersorum hominum futura punitio. Vbi Propheta tria mala illis prædicat potius quam exoptet

Job. 16.

*Bene sibi
consci^o nõ
cui^o tur-
batur.*

*Esa 40.
Tria ha-
beat testis
diuinæ ve-
ritatis.*

*Spes quæ
do debeat
exerceri.
Eccle. 10.
Lucæ. 6.*

*Tria ma-
la impis
superuen-
tura.*

exoptet, videlicet confusionem, pauorem, & duplicem contritionem de primo dicit:

confusio. ¶ Confundantur qui me persequuntur, propter verbum domini, & dicunt exprobrantes: Vbi est verbum domini? Veniat. Isti proculdubio propria decepti perfidia & incredulitate, quum venerit super eos quod prædictum est, utique confundentur. Qui utinam ante tempus supplicij, salubri confusione de suis sceleribus erubescerent confunderentur & conuerterentur ad dominum. Hoc enim illis alius imprecatur propheta, dicens: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Et non confundar ego qui credidi & speravi in te domine: qui vera prædico, non confundar: hoc est, à te non derelinquar, te seruante confusionis causam (peccatum scilicet) non habeam, & confusio nem coram hominibus propter nomen tuum sustinere non timeam, & hæc ipsa quam sustineo, non ignominiam, sed magis gloriam confusio adducat.

Pauor. ¶ De secundo dicit: Paueant illi, id est, pauebunt illi quum eis superuenire cœperit quod denuncio: & ego illud non pauebo, sciens quod à dextris est mihi deus, qui me tueatur. Potest nihilominus & optantis esse dictum. Paueant illi deum scilicet & comminationes eius, ut & peccare desistant, & verbum domini mihi cessent exprobrare, & non paueam ego, id est, causam pauoris ego non habeam, id est, tuæ maiestatis offensam.

Contritio duplex. ¶ De tertio dicit: Induc super illos diem afflictionis, id est, ultionis & captiuitatis, ut vel captiui à facinoribus suis perfimis quiescentes resipiscant. Et duplici contritione conter eos, gladio scilicet & fame, & hoc quod ad eorum corpora, sed quod ad utrunque corpus scilicet & animam, per utriusque missionem in gehennam quasi contritione duplici, nunc & in æternum conteret eos.

*Iudeos petunt dila-
ta comi-
nationes.*
IOAN. II. ¶ Porro comminationes istæ (quod ad allegoriam spectat) illos petunt, qui sicut in lectione Evangelica memoratur, collegerunt consilium aduersus Iesum, dicentes, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Causam suæ sollicitudinis quasi rationabilem adhibentes. Et venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Sub potestate nempe Romani

Gene. 49. imperij tunc erant. Iam enim ablatum erat sceptrum de Iuda

Iuda, & dux de femore eius, & Pontium Pilatum Romanę gentis hominem p̄sidentem habebant. At illi tantopere metuebant pruina, venit super eos nix, & duplici contritione contriti sunt. Nam & locum & gentem perdiderunt, & deleti de libro viuientium, in terra scripti sunt.

¶ Bene ergo lectio p̄sens p̄mittitur aduersus canes illos qui dominum circumdederunt, & aduersus illud concilium malignantium quod obsedit eū: Domine omnes qui te derelinquant confundentur. Denique malignam illorū sollicitudinem Propheta mente p̄saga conspiciens: Paueant, inquit, illi, & nō paucam ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos, quod & factū est per Romanę Reipub. principes Vespasianū & Titū filiū eius, quando propter scelus in Dei filiū commissum, regno Dei perduto etiā locum & gentem amiserunt.

*Iudæi in
cōsilio cō
tra se sum
uales.*

Matt. 21

SABBATO POST

Dominicam Iudica.

Ierem. 18



Enite, cogitemus contra Ieremiam cogitationes.

¶ In hac lectione tria describuntur. Primum est, maliciosa impiorum contra iustum cōspiratio. Secundum est, per orationem & innocentiam iusti aduersum illos defensio.

Tertium est, aduersum impios diuini furoris terribilis annunciatio. Primum, à principio lectionis. Secundum, ibi: Attende domine ad me. Tertium, ibi: Propterea da filios eorum.

¶ Circa primum dicitur:

Dixerunt impii: Venite cogitemus contra Ieremiam cogitationes. Non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à Propheta. Venite percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius.

Sapien. 2

¶ Simile aliquid alio loco scriptum est: Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris, & impropertat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, & promittit scientiam Dei se habere. Antiquum est, odium incurere, qui arguit crimi-

Amos. 5 criminosos. Vndè & per Prophetam dictum est: Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt, sicut in Michèa Propheta patuit, de quo ait rex Achab.

3. Reg. 22

¶ Est vir per quem possumus sciscitari dominum, Michèas filius Iemla. Sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum. Vndè & postmodum hunc quia veritatè denunciauerat, coniecit in vincula. Sed & Sedechias pseudopropheta percussit Michèam in maxilla, quia Prophetas falsos non à Deo afflatos, sed à mendaci spiritu seductos esse, constanter asseruit. Egressus enim fuerat Deo permitte spiritus mendax, & ingressus in mentem & ora omnium pseudoprophetarum.

¶ Talem utique spiritum his nostris temporibus ad intima sua ij admisisse videntur, qui sancte matris ecclesie precepta nullius pensi faciunt. Mandata verò diuina (quum tamè se doctores gerant) vel supprimunt, vel relaxant, ad suam voluntatem illa sibi interpretantes: & quod nimis est impium, blasphemantes affirmant ea impossibilia esse seruari, voluntaria preuaricantium peccata detestabili mendacio in

2. Tim. 3.

Deum torquere ausi, & confirmantes manus pessimorum fouent in peccatis eos qui voluptatum amatores magis sunt

Isa. 30.

quàm Dei. Ex quorum persona per Esaiam dicitur: Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viam, declinate à me semitam. Nimirum displicet eis tam via celestium mandatorum, quàm semita consiliorum.

Matt. 23.

¶ Venite, inquit, cogitemus contra Ieremiam cogitationes. Et hæc quidem insipientes & maligni tunc contra Dei Prophetam, postmodum verò posteri eorum aduersus dei filium dominum prophetarum conspirauerunt, ut mensuram patrum suorum & ipsi impleverunt. Nunc autem eodem demone qui illos tunc agitabat impellente, heretici & pessimique eadem contra Dei seruos moluntur, ut hos confictis calumniis & criminationibus falsis premant, non aduertentes quid illi loquantur veritatis, sed potius in cubili suo meditantes: quibus machinis perdant meliores se, quos gratis oderunt. Venite, inquit, cogitemus.

Quatuor genera hominum inuitatiō similes sūt.

¶ Circa quod cōsiderare licet quemadmodum complices, & sibi similes ad se inuitent malitiosi, voluptuosi, ambitiosi, & virtuosi.

¶ Malitiosi

¶ Malitiosi enim inuitant sibi similes. Primò, ad excogitandum subtiliter & dolosè, & ad cõsingendum ea quibus homines simplices & pios possint illaqueare, quum dicunt: Venite, cogitemus contra Ieremiam cogitationes. Secundo ad perficiendum quod nequiter ab eis cõsistum & excogitatum est, quum dicunt: Venite, percutiamus eum lingua, fame suæ post tergum eius coram hominibus derogando, vel ipsum accusando pertinaciter & inuidiosè. Et quidem acerbum vulnus est, quod horum lingua quasi gladio acuto infligitur. Siquidem vt ait Sapiens: Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. Sic Christum Iudæi lingua percusserunt, quando mendaciter hunc accusantes coram præside dixerunt, Si non esset hic malefactor, non tradidissimus eum. Rursus quando linguis suis ipsum crucifigentes, violenter & seditiosè clamabant, Tolle eum, & crucifige eum. Et non attendamus, inquit, ad vniuersos sermones eius, nullam ipsius quatumuis iustam & rationabilem excusationem vel audientes, vel sustinentes, aut prolatam ab ipso veritatem aliquatenus admitcentes.

*Eccle. 28**Ioan. 18.**Ioan. 19.*

¶ Sed aduerte quorum autoritate fulti cauteriatam conscientiam suam & malitiam confirmant. lactant enim in sacerdotibus suis, & sapientibus, & pseudoprophetis dei, legem, consilium rectum, & eloquiũ veritatis permanere, dicentes: Non enim peribit lex à sacerdote, nec consilium à sapiente, nec sermo à propheta, quum tamẽ re vera in maleuolam animam non introeat sapientia, nec habitet in corpore subdito peccatis. Dicebant ergo (tametsi vanè) pseudopphetas suos diuinę legis habere scientiam, & sapientibus suis (qui nimirũ sapientes erant tantum vt facerent mala) rectum & vtile consilium inesse. Ecce quorum fulti præsidis homines pessimi optimis quibusque perniciem moliantur.

*Sapient. 1.**Iere. 4.*

¶ Recurrunt enim ad scelerum suorum defensores sacerdotes, id est, præcipuos & magnos in ecclesia prælatos, qui dominantur populo Dei, qui grandia iubent, quum nec minima faciant ipsi. Recurrunt etiam ad sapientes, terrena videlicet sapientia, quorum sapientia inimica sit Deo. Legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. Hos practicos appellant, robustos scilicet iustitię defensores, re vera autem iustitię subuersores, iustificantes impium pro muneribus,

Roma 3.

isa. 5. bus, & iustitiã iusti auferentes ab eo. Denique ad prophetas, id est, viros prauos atque peruersos, nomine tamen ac habitu ac professione religiosos, diuinæ legis interpretes & prædicatores. Vix in Repub. malum aliquod grande certimus exoriri, quod non ab his, vel eorum aliquo vel proficiscatur vel defendatur.

Sapient. 2. ¶ Secundò inuitant sibi similes voluptuosi, dicentes: Venite, fruamur bonis quæ sunt, vt amur creatura tanquam in iuentute celeriter. Vino precioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereant nos flos temporis. Coronemus nos rosas antè quàm marcescant. Nullũ pratũ sit quod nõ pertranseat luxuria nostra. Nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ. Vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra. Hæc dixerũt & terrauerũt, excecavit enim eos malitia eorum. Nam vox hæc illorum est qui de futura post hanc vitam beatitudine desperant.

Gene. 11. ¶ Tertiò inuitant similes sibi superbi & honorũ ambitiosi, dicentes: Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomẽ nostrũ. Isti quum sint exinaniti veritate, & vanitate quasi vento distenti, immensos subeũt labores, vt tandem aliquo modo faciant sibi nomen, turrẽmque, hoc est, titulum quemlibet illustrem, quo longè latèque sint hominibus cõspicui, quasi putent hoc modo ad cælum vsque se posse pertingere.

1. Petr. 5. Sed qui superbis resistit Deus, hos confundit, ascendentibus sibi contradictionibus plurimis ex aduerso, ita vt plerunque vbi gloriam querebant, reperiant ignominiam.

¶ Quartò similes sibi inuitant boni & virtuosì, tametsi per paucos inueniant auscultatores, & dicunt: Venite exultemus domino, iubilem⁹ Deo salutari nostro. Vbi primò nemur præoccupare faciem domini in confessione, & sic laudis iubilo adorare Deum, procidere per mentis humilitatem ante Deum, plorareque ante dominum qui fecit nos, quatenus ipse per gratiam suam nos reficere, & reparare dignetur. Sed (vt dictum est) inuitatorium hoc aduertunt pauci. Porro qui sic inuitati venire recusant, quum & ipsi clamauerint ad Deum, non exaudientur, sicut per Salomonem dicitur: Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

¶ Circa

¶ Circa secundum dicitur:

Attende domine ad me, & audi vocem aduersariorū meorum. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ. Recordare quòd steterim in còspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis.

¶ Ecce iusti pro semetipso contra aduersarios defensio. Quippe scutum orationis præterdit, vt hostium iaculis nō succumbat. Per orationē enim & sanctam in Deo fiduciā, innocens se tutum fore confidit. Quivt exaudiri mereatur in oratione sua, primū allegat suam innocentiam, quum dicit: Attende domine ad me. Nam innocens manibus & mundo corde benedictionem accipiet à domino. Deinde illorum erga se scuitiam & maleficientiā, quum dicit: Audi vocem aduersariorum meorum.

¶ Denique suam in illos benevolentiam, quum subdit: Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Porrò Deū audire vocem sibi aduersantiū & superbiorum, vel per hoc patet: q̄ quum impius rex Sennacherib per suos seruos exprobrasset Ezechię regi Iuda, & blasphemasset nomen domini, dictum est à domino per Esaiam prophetā ad Ezechiā: Pro quibus rogasti me, hoc est verbū quod loquutus est domin⁹ super eū, qui despexit te, subsannauit te virgo filia Sion. Cui exprobrasti, & quē blasphemasti, & super quem exultasti vocem tuam, ad sanctum Israel? Audiuit ergo dominus & orationes sibi deuotorum, & superbas comminationes & exprobrationes impiorum, inter hos & illos ita diiudicans, vt illos liberans, eorum iniuriam vindicaret: & hos perdēs, superbiam eorū humiliaret. Ait enim ad aduersariū loquēs: Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum ego cognoui, & insaniam tuam contra me. Quum fureres, aduersum me superbia tua ascendit in aures meas. Ponam ergo circulū in naribus tuis, & frænum in maxillis tuis.

¶ Possunt autem hæc quæ loquutus est Iere. de se & aduersariis suis secundum allegoriam referri in Christum, cuius typum idem Propheta gessit. Ait enim quum à Iudæis ei mala pro bonis redderetur: Multa bona opera ostendi vobis à patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?

iusti contra aduersarios defensio.

Deum & suos preterege, & humiliare superbas.

Esai. 73.

Ibidem.

Allegorice.

Ioan. 12.

O Dicat

Dicat ad patrem : Posuerūt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Nec tamen inter hæc siue le remias, siue Christus ipse, vltionem de eis expetit quo omnino pereant, sed suam Deo commendans innocentiam, & ab eorum violētia liberari, & eos per iustæ animaduersionis flagellum emendari deposcit. Recordare, inquit, q̄ steterim in cōspectu tuo, vt loquerer pro eis bonū, & auerterem indignationē tuam ab eis. Quo patet prophetā aduersariorum suorum salutem quæsisse: sicut & dominus ipse pro suis crucifixoribus orans dicebat: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

Luc. 23.

¶ Circa tertium dicitur:

Propterea dā filios eorū in famem, & deduc eos in manus gladii. Fiāt vxores eorum absque liberis & viduæ, & viri earū interficiantur morte. Iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio, audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim super eos latronem repente, quia foderūt foueam vt caperent me, & laqueos absconderūt pedibus meis. Tu autē domine scis omne consilium eorū. Et peccatū eorum à facie tua non deleatur. Fiant corruentes iu conspectu tuo in tempore furoris tui.

Metuēde
calamita
tis denun
ciatio.

¶ Hic denunciatur aduersum impios diuini furoris executio. Propterea, inquit, videlicet quia reddūt mihi mala pro bonis: dā, id est, dabis filios eorum in famē, qua longo macerati supplicio ante parentū oculos pareant, & patres ipsi peribunt hostium gladio, vt futurę rei prænunciatio, sit nō non exoptantis imprecatio, tamen si propheta iustitiæ diuinæ consentiat. Tale est illud quod beatus Petrus ad Simonem Magum loquens, ait: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam existimasti donum Dei pecunia possideri. Vbi ait beatus Gregorius: Iusti cum sententiam maledictionis proferunt, non ad hanc ex voto vltionis, sed ex iustitia erumpunt: & ideo in maledicto non peccant, quia à dei iudicio non discordant. Puniuntur aurem non solum in se patres impij, sed etiam in filiis, suos patres imitantibus, Vel ideo certē malorū parentum filij puniūtur, vt per hoc documentū efficax posteris detur, ne exemplū vlti scele-

Act. 9.

ris imitentur. Deduc, inquit, eos in manus gladij, id est, in potestatem inimicorū, qui hos gladio trucidēt. Fiant uxores eorū absque liberis, & viduæ, hoc est, duplo orbata, & quasi bis viduæ, dum earum viris gladio interemptis, etiā liberorum solatio destituantur. Calamitas hæc crucifixoribus Christi superinducta est. Puniri sunt enim & in se & in filiis, quibus ultionem sanguinis filij Dei hæreditate reliquerūt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Audiatur clamor de domibus eorum, magnitudinem designat angustię quā prodit ululatus. Adduces enim super eos latronem repente. Et hoc quidem completum fuit super Ite propheta, quando interrupta à vi hostium est ciuitas, spoliata & exusta. Postmodū verò in ultionem mortis Christi itidem horrendo magis completum est exemplo, quando Romani locum eorum & gentem tollentes, incomparabili clade impiissimam gentem exterminauerunt. Sequitur: Et laqueos absconderunt pedibus meis. Sicut & alio loco scriptum est: Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes, quasi aucupes & laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. Cæterum: Ne propitieris, inquit, iniquitati eorum: intelligendum est sicut priora, vt non imprecatio sit, sed denunciatio. Vel si quis imprecationem esse cōtendat, intelligendum est, hanc ex iustitię zelo procedere, nō ex desiderio vindictæ. Quia, inquit, misericordia tua abusi sunt, quum dares eis tempus ad pœnitendum & respiscere noluerunt, sed abusi sunt eo per superbiam. Fiant corruentes in conspectu tuo. Impegerunt enim in lapidem offensiuus, & in petram scandali.

Matt. 28

Latro super adductus.

4. Re. 24

Iere. 39.

Ierem. 9.

FERIA SECUNDA

post Dominicam Palma.

Dominus Deus aperuit mihi aurē, ego autē nō cōtradico, retrorsum nō abii. In hac lectione quatuor nobis consideranda proponuntur. Primum est, propterea Christi ad patrē obedientia. Secundū est, ipsius inuicta patiētia. Tertiū est, prænūciata hoīm impiorū pœna. Quartū est, ad dominū cōuersis cōcessa fiducia. Primū à principio

Esai. 50.

O ij lectionis.

FERIA SECUNDA

lectionis Secundum, ibi: Corpus meū dedi. Tertiū, ibi: Ecce omnes quasi vestimentū. Quartū ibi: Quis ex vobis.

¶ Circa primum dicitur:

Dominus deus aperuit mihi aurē, ego autem nō contradico retrorsum non abii.

*Typus
obediētie
christi.*

¶ Hęc dicit Propheta ex Christi persona loquens, cuius hic describitur prōptissima ad imperiū patris obedientia. Dominus Deus, inquit, aperuit mihi aurem: hoc est, reuelauit mihi voluntatem suam. Ego autē ipsius voluntati non contradico, retrorsum non abii, id est, non subterfugi quō minus verba eius intrepidus proferrem. Imō nec vel mortis terrore quę ad humani generis salutē spectant operati desisti. Et quoniā ad obediendū minus idoneus est, quisquis in rebus aduersis per impatientiā frāgitur, ideo subditur:

¶ Circa secundum dicitur:

Corpus meū dedi percutientibus, & genas meas uelentibus. Faciem meam non auerti ab increpātibus & cōspuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis cōtradicit mihi? stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus Deus auxiliator meus. Quis est qui condemnet me?

*Mira christi
præfigurata
patientia
Heb. 10.*

¶ Hic sub figura prophetę notatur Christi domini nostri in uicta patientia. Corpus meum, inquit, dedi. Non alienum. Holocaustum enim & pro peccato non postulasti, corpus autem, passibile scilicet & mortale, aptasti mihi, ut tibi illud pro peccatis humani generis offeram. Non autem sanguinolētas quasilibet hostias carnē alienā, sed corpus meū ē virgine matre cooperante spiritu sancto conceptum & natum, innocuum, impollutum, sacrosanctum diuinitatis templum. Et hoc quidem spontaneus dedi non coactus. Dedi autem liberē, non cuiusquam meritis quasi debitum reddidi, sed nec vēdidi, passionum mearum mercedem ab hominibus expectans.

*Esa. 9.
Humani
gas filij
nobis datur
ad multa*

¶ Denique nec commodauit, imō prorsus dedi. Filius quippe datus est nobis. Dedit enim nobis sacratissimam humanitatem suā exemplum sustinendę paupertatis & laboris.

Dedi

Dedi in precium redemptionis. Denique in viuificum animarum nostrarum populum & cibum in Eucharistia sacra-^{ioan. 6.} mento, dicens: Ego sum panis viuus qui de cælo descēdi. Si quis ex ipso manducauerit, uiuet in æternum. Tandem ^{Esaiæ 33.} verò daturus est semetipsum in præmium, his scilicet qui ^{1. Pet. 5.} regem in decore suo videbunt: regem inquam etiam angelicis virtutibus desyderabilem. In ipsum quippe desyderat angeli prospicere. Quòd autem in passione corpus suum dedit ad arbitrium aliorum, vt quæ illi uellent pateretur: patet per illud quod sequitur.

¶ Corpus meum dedi percutientibus, non resistendo, nec ^{Quam in} comminando. Et genas meas uellentibus. Quid enim pati ^{digna chri-} recusaret iniuriam, qui percutientibus non modò corpus ^{stus susti-} dedit, sed etiam genas suas uellentibus? Vulsio quippe genarum non solum acerbi doloris, sed etiam cõtemptus magni & extremæ ignominia & irreuerentia est. Et quod his est despectius: Faciem meam, inquit, non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. O facies ueneranda, o facies amanda, quãtò pro me uilior insipientibus & malignis, tantò mihi carior es, quia pro meorum expiatione peccatorum ad hæc tam indigna perferenda, celsitudinem tuam inclinasti. Sed quoniam caro infirma est, tametsi spiritus promptus sit: ideo necesse habuit assumpta humanitas, diuinitatis ope fulciri. Vndè sequitur:

¶ Dominus deus auxiliator meus, & ideo non sum cõfusus quasi dicat: Quòd hæc potui sustinere, non à me homine est sed ab auxiliante deo. Et ideo non sum confusus, qui in hoc adiutore totã fiduciam collocaui. Illis irridentibus & me percutiētibus cõfusus nō sum, quia resurrectionis gloria nō incertò speraui. Itaque posui faciē meã vt petrã durissimã, id est, percutiendã & uellendã, conspuendam & irridendam, Et scio, inquit, quoniam nō confundar ab expectatione mea: imò hæc ipsa mea passio temporalis, sempiternam adducet gloriam. Iuxta est enim qui iustificat me.

¶ Nimirum mens bene conscia, conseruat patientiã. Quis ^{Conscien-} enim hanc condemnet, quam deus ipse qui eam per gratiam ^{tia bona} inhabitat, iustificat? Iustificauit filium suum pater, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene com- ^{secura sit} placui. Vndè & ipse filius ait: Qui me misit, mecum est, & ^{ioan. 8.} non reliquit me solam: quia quæ placita sunt ei, facio sem-

per. Itaque qui fieri posset, ut blasphemantibus & conspuentibus me aduersariis, ipse me deserat pater, quin mihi auxilietur? Quis contradicet mihi, me verbis impugnando & calumniando dicens me peccatorem, & à deo non esse, ubi mihi patris testimonium suffragatur, & ab huiusmodi falsis criminationibus defendit? Stemus simul, id est, veniat, & dicat quæcunque dicere illi libitum fuerit in me. Quis est aduersarius meus? dicens me morte turpissima iure condemnandum. Accedat ad me, & me vel coram ipso Pontio Pilato iudice accuset, ut sic iniquo condemnatus iudicio mundi salute innocens moriar. Accedat ad me inquam qui positus sum quasi signum ad sagittam, cui utique contradicatur, audire præsto sum contumelias & opprobria, & non modò mansueta verba respondere, sed etiam meo sanguine vel eos qui hunc effundēt saluare.

¶ Circa tertium dicitur:

Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.

¶ Hic prædicitur hominum impiorum siue Christo, siue mēbris suis aduersantium pœna. Quorum perditionis causa ex ipsis venit, sicut tinea de vestimento nascitur, quæ ipsum consumit. Perditio tua, inquit, ex te Israel, ex me tantum auxilium tuum. Potest etiam & per tineam scelerata conscientia malè semetipsam rodens, intelligi. A propriis ergo peccatis, & hinc & in inferno conterentur.

¶ Circa quartum dicitur:

Quis ex vobis timens dominum, audiens vocē serui eius? Quis ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine domini, & innitatur super dominum deū suum.

*Osee. 13.
Impij vt
consumen-
tur.*

¶ Hic datur conuersis ad dominū salutaris fiducia. Quis, inquit, ex vobis Iudæis timens dominum, & audiens vocem serui eius? Non enim dei verbum audire consueuerunt, nisi qui timent dominum. Quisquis igitur ex vobis hæc duo assequutus est, videlicet vt & dominum timeat, & audiat vocem serui eius id est, Christi (qui secundum humanitatem se dei seruum, & deum dominum suum esse recognoscit) vocem videlicet illam qua ait: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, hic speret in domino. Ac si ipse dominus dicat: Vos me flagellastis & cōspuistis, nihil

Matt. 4.

nihil
nol
¶ Au
tim
sciū
que
qui
¶ Q
& n
time
neu
& it
tem
qui
quæ
na f

T

Ter
chir
tio.
si ag
ibi:

mib
¶ H
præ
con
tribu
scel
den

nihilominus tamen ego vos ad pœnitentiam inuito, quia nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.

Ezech. 18

¶ Audiat proinde quisquis timet dominum, & illam præsertim vocem filij eius qua dixit: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Hæc quippe vox peccatoribus spem cõsequendæ remissionis ingerit. Sicut & illa, Venite ad me oēs

Luc. 11. 23.

Matt. 11.

qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Sequitur:

¶ Quis ambulatis in tenebris incredulitatis & ignorantia, & nõ gratiæ aut cõsolationis est lumen ei? Quisquis ille est, timeat dominum & Christi vocem non aure surda, sed be-

Roma. 4.

neuolus & credens audiat: & sic speret in nomine domini, & ita pertinget ad lumen gratiæ & cõsolationis. Non autem in diis speret alienis, auro suo vel argento, sed in deo qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, sicut ea quæ sunt, & innitatur super dominum deum suum, vt humana fragilitas dei fortitudine fulciatur.

FERIA TERTIA

post domin. Palmarum.



*Go quasi agnus māsuetus qui portatur ad Iere. 11. 19
victimam.*

¶ In hac lectione quatuor notantur. Primum est, in Christo domino nostro occultorum & futurorũ præcognitio. Secundum est innocentis Christi benignissima māsuetudo.

Tertium est malitiosa Iudeorum aduersum Christum machinatio. Quartum, contra impios iustæ vltionis imprecatio. Primum a principio lectionis. Secundum, ibi: Et ero quasi agnus. Tertium, ibi. Venite mittamus lignum. Quartum ibi: Tu autem domine Sabbaoth.

¶ Circa primum dicitur:

Domine demonstraſti mihi & cognoui, tu ostendiſti mihi studia eorum.

¶ Hæc dicens Ieremias propheta, Christi figuram in se præferbat. Per hos enim dies Iudeorum consilia & studia contra Christum magis ac magis efferbuerunt, sed metuētibus ne fortè fieret tumultus in populo, facultas deerat sceletis peragendi. Nam ipse dominus noster diebus quidem (vt ait Lucas) erat docens in templo, noctibus autem

Luc. 21.

O iij

exibat

*In tota ci-
uitate ho-
spitium Chri-
stus non
habuit.
Ioh. 11.*

exibat in montem qui vocatur Oliueti, & omnis populus mane festinabat ad eum in templum. Intantum enim nulli vnquam adular⁹ est, vt in magna & ampla ciuitate, vel vnus noctis hospitium nunquam habuerit. Putabant inter hec illi sua molimina Christum latere, qui exacerunt vt gladium linguas suas, qui intenderunt arcum rem amaram, id est mortis machinationem, vt sagittent in occultis immaculatum. Sagittabant eum, & non timebunt, quia firmauerunt sibi sermonem nequam. Illum scilicet, expedit vt ipse vnus moriatur. Sed frustra conati sunt abscondere laqueos. Frustra dixerunt: Quis videbit eos? quia tu domine (inquit in natura assumpta, patrem dominum suum appellans) demonstrasti mihi, & cognoui. Alioqui quomodo scire possem eorum cor prauum & inscrutabile, nisi tu id mihi reuelasses? Te autem demonstrante video cogitationes singulorum & quid gerant, vel cuius sint voluntatis. Nam crudelis homicidij facinus sic moliebantur, vt tamen videri cuperent se illud non acciditare. Sed ego sum, inquit, cui tenditis insidias, insidias & ego vidi. Ostendisti enim mihi o pater studia eorum, id est, machinationes & insidias aduersum me. Si quidem haec omnia pater filio suo homini reuelauit.

¶ Circa secundam dicitur:

Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam, & non cognoui quia cogitauerunt super me consilia dicentes:

*Christus
agnus pa-
schalis ad
victimam
destinatus*

¶ Hic notatur innocentis domini benignissima mansuetudo. Ego, inquit, quasi agnus mansuetus. Verè agnus innocuus, agnus amabilis & tractabilis fuit, qui peccatum non fecit, & tulit peccata mundi, Paschalis à patre pro expiatione reatus totius mundi in victimam destinatus. Ipsi, inquit, aduersarij mei, lanistæ crudeles, mala pro bonis retribuentes, mortis mex facinus tractantes, cultros in me suos exacerunt. Ego verò interim mansuerè sustinui, ac voluntate patris in manus eorum spontaneus obtuli memetipsum. Hinc enim in eum Esaias ait: Quasi onis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum. Nam quum malediceretur, non maledicebat: quum pateretur, non comminabatur. Hunc agnum dei Pilatus malè torondit, quando flagellis

Esaiæ. 53

1. Pet. 2.

exsum Iudæorum voluntati tradidit crucifigendum.

¶ Sequitur: Et non cognoui, inquit, id est, quasi non cognouissem, dissimulaui, & tacui invidias eorum. Non enim fugi sed potius ad mortem me rapere quærētibz occurri spontaneus, quasi nesciens quæ cogitauerant contra me. Vel sic: Et non cognoui me quicquam admisisse propter quod necem mihi parare deberent. Nullius quippe in eos delicti mihi conscius eram, quo illorum aduersum me machinationes commeruissem. Sed audi consilium homicidarum.

¶ Circa tertium dicitur:

Venite, mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.

¶ Hic notatur malitiosa Iudæorum contra Christum machinatio. Nam quomodo olim superbissimus Haman erecta cruce in domo sua quam Mardochæo parauerat, quærebat oportunitatem qua regi suggereret de illo vt appenderetur: sic diabolus inito consilio in domo sua, id est, in cordibus Iudæorum, dicendo: Venite mittamus lignum in panem eius, id est ne diutiùs pane vescens possit viuere, ligno crucis hunc afficiamus, quærebat oportunitatem, vt Romæ potestati traderet crucifigendum.

¶ Erat prouerbum apud Iudæos, quotiens alicui interitum molirentur, vt dicerent. Mittamus lignum in panem eius. Quauis fortassis nomine panis, & Christi corpus, & etiã doctrinæ suæ sermo non absurdè posset intelligi. Nam de corpore suo loquens dicit: Caro mea vere est cibus de quo rursum ait: Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. In hunc, inquit, ipsius panem, lignum crucis mittamus, vt quum eum morte turpissima necauerimus, & hinc rumore sinistro fama ipsius fuerit, contaminata, tum nomen eius non memoretur amplius.

¶ Sed præter spem eorum in contrariũ lapsa res est. Quia is qui ante passionem suã paucis erat notus in Iudæa deus, post resurrectionis triumphum vsque ad eadē clarificatus est, a solis ortu vsque ad occasum magnum fieret nomen eius in gentibus, & omne genu in nomine eius flecteretur, celestium terrestrium & infernorum. Quod ipse futurum esse non ignorans, de se loquens dicebat: Nisi granum frumen-

*Hes. 6.
Iudæorū
cōtra chr
stum ma-
chinatio
præfigura
ta.*

*Christi
panis.
Ioan 6.
Ibidem.*

*Christus
per crucē
clarificat⁹
Malach. 1.
Philip. 2.*

Ioan. 12.

ti ca.

Iere. 17.

ti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

*Matt. 4.
Christi do-
ctrinā per
crucem in
dai destrue-
re volue-
runt.*

¶ Proinde quòd nomine panis Christi, ipsius doctrinæ sermo possit accipi per hoc patet quod ipse ait: Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Videntes ergo Iudæi quòd doctrinæ Christi verbo turba pasceretur: Mittamus, inquit, lignum crucis (doctrinæ suæ scandalum) in sermonem eius, tanquam in panem quo sequentes eum pascentur, vt sic omnes vbique homines authorem crucifixum audientes, panem doctrinæ eius abominentur.

¶ Sed longè diuerso sensu credentium ecclesia mitti suadet lignum in panem eius. Nam quum sermone eius ipsa domini crucifixio iungitur, quasi crucis lignum in panem doctrinæ suæ mittitur. Quod etiam hoc modo nobis imitandum est, vt quum doctrinæ Christi panem acceperimus, spontaneæ crucem pœnitentiæ & mortificationis carnis assumamus. Maximè quum ipse dicat: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, nõ est me dignus. Sed vt ad priora redeamus, frustra & vanè deliberant dicentes: Venite, mittam⁹ lignum in panem eius id est, per ignominiam crucis doctrinam crucifixi cunctis reddamus abominabilem, quia futurum erat, vt per crucis lignum quod illi insipientes & maligni in panem eius missuri erant, idem doctrinæ suæ panis longè dulcior & sapidiore credentibus offerretur.

Matt. 10

¶ Nam sicut aquæ Marath præ nimia amaritudine bibi nequaquam poterant, donec immisso in illas ligno quod Moyse diuinitus ostendebatur dulces atque potabiles effectæ sunt: ita & sermo doctrinæ Christi quo præcepit odiri in hoc mundo animam suam, abnegare semetipsum, spontaneam sibi quotidie crucem accipere, & sequi se, amarus & culdubiò, nec mundo portabilis extitisset, si non exemplo sui mortem crucis subeuntis, & passionis calicem potabilem, & doctrinæ suæ veritatem credibilem mûdo, & acceptibilem gentibus præbuisset,

*Exod. 15.
Aqua Ma-
rath per li-
gnum dul-
ces effecta
Luc. 14.*

*Iud. 13. in
sultatur.*

Esai. 1.

Amos. 6

Ioan. 7.

Iud. 13. vt

percussit.

¶ Quid itaque iam promouistis gens peccatrix, popule detestabilis, & grauis iniquitate, semen nequam, filij scelerati, quid inquam promouistis conterendo fratrem vestrum Ioseph? Profectò sicut per legem, quam nemo vestrum facit, prædictum vobis fuit, percussit vos deus amentia, & egredietur, & furore mentis, vt palpetis in meridie, sicut palpa-

re solet cæcus in tenebris, quandoquidem Christi doctrinam contra propositum impiæ voluntatis vestræ, per lignum crucis quod illi dolo parastis, nõ modò credibilem (vt dictũ est) sed etiam amabilem & amplectendam, comprobandã que cunctis gentibus reddidistis.

¶ Quum enim (vt dictum est) verbo doctrinæ eius authoris crucifixio iungitur, lignum profectò in panem mittitur. Antè siquidem quàm mitteretur lignum in panem eius, quum adhuc doctrina eius panis tantum, & non lignum esset, tunc nondum in omnem terram exierat sonus Apostolorum eius. Sed post quàm panis iste fortitudinem per lignum assumpsit, tunc primùm in omnem terram sermo doctrinæ passionis, glorificationisque eius processit. Vt ergo panis euangelicæ doctrinæ suauior sit, frequens dominicę passionis recordatio misceatur. Huiuscemodi doctrinæ panem cum ligno crucis Apostolus commiscuit, qui de semetipso loquens ait: Nihil iudicauì me scire inter vos, nisi Christum lesum, & hunc crucifixum.

¶ Circa quartum dicitur:

Tu autem Domine sabbaoth qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis. Tibi enim reuelauì causam meam.

¶ Hic ponitur pro meritæ vltionis aduersum impios imprecatio. Qui enim ab iniquis iudicibus opprimitur, iusti iudicis dei iudicium fidenter implorat. Qui hinc iuste iudicat, quia causæ merita optimè cognoscit. Hinc itaque ait: Tu autem domine sabbaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & corda, hoc est, mentis habitum, & intentionem cordis, quæ hi iudices mei nimis iniqui, nec nouerunt, nec volunt nosse, videam vltionem tuam ex eis.

¶ Sed huic contrariũ videtur, quod in cruce pendens pro crucifixoribus suis orat, dicens: Pater, ignosce illis, quia ne sciunt quid faciunt. Quid enim magis diuersum ei quod hinc dicitur, videam vltionem tuam ex eis? Sed facile hæc quæstio soluitur, si consideremus duo genera hominũ in Christi mortem cõsentientium. Quidam enim scientes tam ex dictis prophetarũ, quàm ex operibus ipsius, quòd ipse esset Christus, nihilominus tamen hunc per inuidiam oppresserunt. Hic est (inquiunt) hæres: venite, occidamus eum, & habebi-

Deut. 8.

Dei propositum
Iudæi inuiti promouent.

Christi doctrina per
cruce corroborationem.

1. Cor. 2.

Quæstio.
Luca 23.

Duobus generibus
in Christi morte cõsentientium.

FERIA QVARTA

habebimus eius hæreditatē. Aduersum hos patrem interpellans dicit: Videam vltionem tuam ex eis. Vltionem inquam, temporalis afflictionis, ad eorum correctionem per Romanos inferendā, vel si ex illa non respuerint, videam ex eis vltionem æternam, vt traditi rugientibus preparatis ad escam gehennæ flammis sine fine crucientur.

¶ Quidam verò Iudæorum idiotæ & è vulgo, à principibus sacerdotum & Phariseis seducti, ex ignorantia magis quā ex inuidia, in Christi necem consenserunt. His non vltionem, sed remissionem in cruce precatus est. Sicut enim illos qui ex inuidia magis quā ex ignorantia in se peccantes permansuros præuidit in malicia, ita & istos ex ignorantia peccantes quos apud patrem excusat dicens: Pater ignosce illis, quia nesciūt quid faciunt: præuidit errore suo cognito pœnitentiā acturos, qui visis in sua morte signis, percutientes pectora sua reuertebantur. Sequitur:

¶ Tibi enim reuelauī causam meam. Quippe qui istius causæ merita optimè nosti, illum inquam tibi commendo, vt ipsis vel respiscentibus miserearis, vel vltionem exerceas in obstinatos & proteruos.

FERIA QVARTA POST
domin. Palmarum.

Esa 55.



*P*se autem vulneratus est propter iniquitates vestras, attritus est propter scelera nostra.

¶ In hac lectione propheticus sermo. Primò explicat perfidorum incredulitatem. Secūdo denunciat ortus Christi qualitatem. Tertio euangelizat potiùs quā prophetet Christi passionem. Quarto subinfert passionis Christi miram fructificationem. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi Et ascendit sicut virgulum. Tertium, ibi: Non est species ei neque decor: Quartum, ibi: Si posuerit.

¶ Circa primum dicitur:

*Domine quis credidit auditui nostro, & brachium do-
mini cui reuelatum est?*

*Iudæorū
incredulitas.*

¶ In spiritu loquens, futuram prænunciat Iudæorum aduersus dei filium duritiam & incredulitatem, dicens: Domine quis

quis credidit auditui nostro? Plurimum demiratus quod tam pauci ex Iudeis Prophetarum de Christo vaticiniis forent credituri. Non enim omnium est fides, quia non omnes obediunt Euangelio (vt ait Apostolus) qui etiã mox hoc presens ex Esaia testimoniũ assumit, dicẽs: Esaia enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro? hoc est, his quę te reuelante de filio tuo olim incarnãdo cognouimus. Et brachium domini cui reuelatum est? Brachium domini ipse Christus est, Dei virtus, & Dei sapiẽtia qui brachium domini dicitur, tum quod per illum cuncta pater operetur, tum quod per illum nos pater sibi reconciliatos amplectatur, tum quod per illum idem pater nos defendat à principe tenebrarum, & nobis auxilietur Hoc domini brachium assumpta mortali carne velatum quodam modo fuit, nec nisi credentibus reuelatur.

¶ Quum ergo dicit brachium domini, cui reuelatum est: ostendit Iudæos qui Christum & opera eius viderunt non credituros. Vndẽ & beatus Ioannes Euangelista plurimũ admirans, Quum, inquit, tanta signa fecisset corã eis, non crediderunt in eum. Quibus & hoc tempore non dissimiles sunt, qui tametsi Christum voce confiteantur, factis tamen negãt, hi præsertim qui detestabili perfidia corrupti, hæreses & errores vera fide relicta sectantur, non aduertentes fidei catholicę testimonia credibilia esse nimis, signa videlicet & miracula soli virtuti diuinę possibilia, per quę eiusdem fidei nostrę veritati Deus adstipulatus est, & per quę primũ fides plantata, nutrita, & corroborata est, quę signa nemo vnquam nisi in fide recta parauit. Hinc mirari est, quod nonnulli tam citò transferuntur ab eo quod illis traditum est seruandę vnitatis ecclesiasticę sancto mandato, veterẽ fidem tot signis & miraculis confirmatam, propter seductorum & pseudoprædicatorum nugas nullo vnquam signo diuino (quod absit) cõfirmatas, relinquentes, in schismata & hæreses & blasphemias deuoluuntur.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti.

¶ Hic propheta denunciat ortus Christi qualitatem. Ascẽdit,

1. Thes. 3.
Rom. 10.

Christus
quare
brachia
domini.
1. Cor. 1.

10an. 12.
Incredulis
Iudeis
qui similes.

Galat. 1.

ortus
diti
si qualis.

Dan. 7. dit, inquit, sicut virgultum corā eo. Ascendit enim filius hominis, & vsque ad antiquum dierum, id est, æqualitatē patris peruenit, & dedit ei potestatem & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & lingue, ipsi seruiunt, ecce quousque ascendit. Quod autem (vt Apostolus ait) ascēdit, quid est nisi quia & descendit primū? Descēdit enim quo inferiūs non potuit, scilicet vsque ad humanitatem, vsque ad mortalitatem, vsque ad formam serui, denique vsque ad mortem, mortem autem crucis.

¶ Itaque & vndē ascendit, & ascensionis suæ modū aduerte. Ascendit, inquit, sicut virgultum. Priūs dixerat hic idem Propheta, Egredietur virga de radice Iesse, non solum autem sicut virgultum, sed & sicut radix de terra sitiēti ascēdit. Christus enim credentium vita & salus, idem ipsorum origo & radix est. Ascēdit autem hæc radix, id est, Christus de terra sitiēti, quia non infuso virili semine, sed virginea carne Dei filius homo factus est. Rursus, de terra sitiēti hæc radix ascendit, quia de matre paupere & humili, & vndē nequaquam venturus existimabatur, natus est.

Ortum christi Iudei cur despiciūt. ¶ Vndē dicunt existimatores improbi & stulti, qui non verum iudicium, sed tantū secundum faciem nouerūt iudicare: Christus quum venerit, nemo scit vndē scit. Hunc autem scimus vndē sit. Est enim fabri filius, verum dicūt quia fabri filius est, sed eius qui fabricatus est auroram & solē.

10an. 7. Sed nolite iudicare secundum faciem, inquit, quia quæ stulta sunt mundi elegit Deus vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, & ea quæ nō sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt nō gloriētur omnis caro in cōspectu eius. Non ergo gloriētur sapiens in sapientia sua, nec gloriētur fortis in fortitudine sua, nec diues gloriētur in diuitiis suis, quum videat Christum ecclesiæ credentis radicem in hominum oculis squallidum & despectum, & quasi de sitiēti terra ascendentem.

¶ Sed attende quā amœnam, quā fecundā, quā grandem arborem radix ista pepererit, nutriat & sustentet. Scriptum est enim: Videbam, & ecce arbor in medio terræ, magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cælum. Aspectus eius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimis, & esca vniuersorū

Dan. 4.

in ea. Subter eam habitabant animalia & bestia, & in ramis eius conuersabantur volucres cœli. Hæc omnia de ecclesia populi credentis, quæ radice Christo cõsurgit, nutritur, & cõsistit, mysticè verificantur.

¶ Circa tertium principale dicitur:

Non est species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desyderauimus eum despectum & nonissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum, percussum à Deo & humiliatum.

¶ Hic de Christi passione adeò patenter differit, vt non minus Euangelistam quàm Prophetam existimes. Ostendit autem Christi passionem fuisse. Primò ignominiosam & despectam. Secundò acerbam & dolorosam. Tertio voluntariam & promptam. Quarto innocuo iniectâ, & ideo vltore Deo vindicandam.

Passio christi ignominiosa.

¶ Circa primum vbi ostendit domini passionem fuisse ignominiosam & despectam dicit: Non est species ei, neque decor, opinione scilicet plurimorû, quum tamèn reuera esset ipse speciosus forma præ filiis hominû, & vsque adeò speciosus, vt desyderent in eum & angeli prospicere. Vidimus tamen eum, inquit, nos prophetæ, oculis nostræ mentis diuinitus ostensum in eo statu & habitu quo passus est, & nõ erat aspectus, præ nimis indigna ipsius abiectio, sicut ipse per alium Prophetam de semetipso loquens dicit: Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Et desyderauimus eum multò antè videre, sicut ipse discipulis suis hinc loquens, ait:

1. Petr. 1.

christus à seculis desyderatus.

Luc. 10.

10an. 8.

Galat. 3.

¶ Beati oculi qui vident quæ vos videtis: dico enim vobis, quòd multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Hinc rursus ad Iudæos ait: Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Desyderauimus, inquit, salutis authorem insigne despectum pro dolor, & cum sceleratis reputatum, appensum ligno crucis, factum propter nos maledictum & peccatum

id

FERIA QVARTA

id est, hostiam pro peccato, & hinc nouissimum virorum existimatum, virum dolorū & scientem infirmitatem, nepe qui verus homo in passione verè doluit, & per experimentum in semetipso scientem assumptam pro nobis, & à nobis infirmitatem.

Ioan. 8.

¶ Et quasi absconditus scilicet ab incredulis vultus eius & despectus. Vndè neque me scitis, inquit, neque patrè meū scitis. Diuinitas enim sub assumpta infirmitate abscondebatur, sicut alio loco hic idē propheta ait: Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator. Quia ergo absconditus fuit & despectus, nec reputauimus eum, hoc dicit Propheeta erranti populo sese connumerans.

Esai. 45.

*Passio
christi
acerba.*

¶ Secundum (videlicet quòd passio domini fuit acerba & dolorosa) notatur, quum dicitur: Verè languores nostros ipse tulit. Verè, inquit, non simulatoriè, non apparenter, aut fantastiè, sicut garrunt blasphemantes hæretici, quinimo crucifixus, verè & acerbissimè doluit. Doluit inquit & anima & corpore. Ait enim: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Tulit autem languores nostros, non suos, id est, non à se, sed à nobis promeritos. Et iniquitates nostras in corpore suo super lignū portauit. Et quia multis peccatis & magnis exactrici iustitiæ multæ, & graues pœnæ debebantur, mox sequitur:

Mat. 26.

¶ Nos putauimus eum quasi leprosum, percussum à deo & humiliatum. Nos, inquit, qui per ignorantiam in incredulitate in ipsum & in deū patrè ipsius peccauimus, sed rursum pœnitentes credidimus, leprosum putauimus, id est abominabilem, eiectum extra castra, quasi peccatorem, & ob peccata percussum à Deo, cum latronibus crucifixum, & cum iniquis reputatum, vt dictum est. Veruntamen non suo merito pertulit hæc, sed vulneratus est propter iniquitates nostras, sicut ipse per Psal ait: Foderunt manus meas & pedes meos, vt suis liuoribus animarum nostrarum vulneribus medeatur.

Num. 5.

¶ Attritus proinde est flagellis, & spinis & alapis, propter scelera non sua, sed nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, id est, flagellum quo & deo & angelis reconciliati sumus. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Nec fuit quisquā qui non egeat hoc mediatore. Siquidē omnes nos quasi oues errauimus, quasi oues, inquit, quæ perierūt,

& quæ dæmonum, quasi luporum rapacium moribus, in prædâ expositæ sunt. Errauimus, inquit, vnusquisque in viâ suâ, id est, propria cõcupiscentia abstractus & illectus, vagus in via cordis sui, & à via quæ Christus est declinauit, de qua via ipse dicit: Ego sum via. Nemo venit ad patrem nisi per me. Et dominus posuit in eo iniquitates omniũ nõ strũ, id est, pœnã ab illo exegit, quæ omniũ nostrũ peccatis debebatur: vt quã nos persoluere non potuimus, hanc ipse qui potis est, pro nobis omnibus exolueret homo Deus.

¶ Tertium exprimitur quum subditur: Oblatus est, quia ipse voluit. Oblatus inquam pro nobis in cruce hostia preciosa, hostia adorãda. Nec tamen oblatus est, quia Iudæus præualuit, sed quia ipse voluit. Nemo, inquit, tollit animam meam à me.

¶ Propter hoc de angustia, id est, de cruciatibus & formidine mortis, & de iudicio iniusto per resurrectionis gloriã, sublatus est, data sibi omni potestate in cœlo & in terra, vt mundum hũc iustè iudicet, qui iniqui iudiciũ iudicis subire non recusauit, sicut scriptum est: Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciũque recipies.

¶ Sed istius tam humiliter, tam patienter, iniquum contra se iudicium sustinentis, iudicis tam mortuorum quàm viuorum generationem quis enarrabit? Generationem inquam eius, tam humanã quàm diuinam, tam temporalem, quàm æternam quis enarrabit? Vtraque enim inuestigabilis est. Nihilominus talis ac tantus quum sit, non tamè reperit iudicij veritatem, sed innocēs ad mortem damnatus est. Hinc iure admiratur propheta, quodd omniũ dominus iniuriæ passionis se exposuit. Nam abscissus est (à Iudæis) de terra viuentiũ, id est, à cohabitatione hominũ per mortem, vt viueret in cœlo. Sed propter scelus populi mei percussus eum, inquit pater, propter scelus inquam expiãdum scilicet atque delendum.

¶ Quartum videlicet quodd Christi innocentis passio à deo foret vleiscenda, notatur quum subditur: Et dabit impios pro sepultura, hoc est, deus pater dabit impios Iudæos, homicidas filij sui detestabiles, in manus Romanorum pro sepultura, quia scilicet vsque ad mortem, & post mortem ipsam, etiam sepultam persecuti sunt, munientes sepulchrum, & signantes lapidẽ cum custodibus. Et diuites pro

P morre

Iacob. 2.

IOAN. 14.

Passio
Christi
Spontanea.
IOAN. 10.

Mat. 7. 1.
Iob. 35.

morte sua, hoc est, impios diuites, videlicet Iudæorū principes, tradet in supplicium iustum pater, quod usque ad mortē dei filium, hominem secundum gratiæ suę dispensationem propter nos inopem & mendicum, nec sese defendentem, insatiabili odio persecuti sunt. Eo quod iniquitatem non fecit, propter quam esset obnoxius morti, nec dolus inuentus fuerit in doctrina oris sui.

¶ Circa quartum principale dicitur:

Si posuerit pro peccato animā suam, videbit semē longæuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur, pro eo quod tradidit in mortem animā suam, & cū sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit vt non perirent.

*Luc. 8:
Se nē christi
sūt longæuum
quid sit.*

¶ Hic notatur passionis Christi mira fructificatio. Si posuerit, inquit, pro peccato animam suā, quod & fecit, videbit semen longæuum, id est, Euangelij sui verbum (semen vique suum, quod ipse exiit in mūdum seminare) nequaquā veterascet, quo modo veteratum & abolitum est testamentum vetus. Vel semen eius longæuum, credentium populus est, qui non deficiet, sed in fide perseverabit, & cum ipso tandem beatus regnabit in æternum. Et voluntas domini, id est, humani generis redemptio, propter quam filium suum pater misit in mūdum, in manu eius dirigetur, id est, per effectum suę passionis humani generis redemptio secundum voluntatem patris perficietur. Proinde quicquid voluit pater, Christi virtute adimplebitur. Et hoc ideo, quia tradidit in mortem animam suam, id est, vltro neus obrulit vitam suam. Et cum sceleratis reputatus est. Vnde ipse per Psalmistam ait: Aestimatus sum cum descēdentibus in lacum. Et peccata multorum, quia non omnium, quantum ad remissionis effectum, sed multorum inquit, id est, prædestinatorum, ipse tulit in semetipso, quę non rapuit exoluens. Quod vel in hoc vno apparuit, quod pro transgressoribus, id est, suis crucifixoribus & illusoribus, orauit, vt non perirent, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt.

Luc. 23:

IN DIE COENÆ domini.

Exemplum



Xemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

¶ In hac lectione tria nobis deuotissima attentione consideranda proponuntur. Primum est, admiranda Christi erga suos dilectio. Secundum est, admiranda dilectionis pariter & humilitatis Christi per effectum exhibitio. Tertium est, ad ipsius imitandam dilectionem & humilitatem salutaris exhortatio. Primum à principio lectionis. Secundum, ibi: Surgit à cœna. Tertium, ibi: Pôst quàm ergo lauit.

¶ Circa primum dicit Euangelistâ:

Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit eius hora vt transeat ex hoc mundo ad patrem.

¶ Hic notatur admiranda Christi erga suos dilectio. Circâ quam primò notat Euangelista Christi transitus præfigurationem. Secundò miram erga suos dilectionem. Tertio æternæ maiestatis suæ humilem erga nos inclinationem. Secundum, ibi: Quum dilexisset suos. Tertium, ibi: Et cœna facta.

¶ Circa primum dicitur: Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia venit eius hora vt transeat ex hoc mundo ad patrem. Paschæ sacrificium hinc sanctum fuit, & paschæ solennitas veneranda: quia figurabat dominum Iesum pro salute mundi per passionem mortis fore transiturum ex hoc mundo ad patrem. Nam Pascha transitus interpretatur, quod Hebraice phase dicitur, nomen ex eo vetus habens, quod transierit in eo dominus per Aegyptum, percutiēs primogenita Aegypti, & filios Israel liberans, & quod ipsi filij Israel transierunt illa nocte de Aegyptia seruitute, vt veniret ad terram promissæ hereditatis.

¶ Mysticè nihilominus significans, quod in eo dominus transiturus esset ex hoc mundo ad patrem (vt dictum est) & quod eius exemplo fideles abiectis temporalibus desideriis, abiecta vitiorum seruitute, cōtinuis virtutum studiis transire debeant ad promissam in cœlis hereditatem.

¶ Ait igitur: Ante diem festum Paschæ. Erat autem primis mensis luna decimaquarta, in cuius diei vespera quâdo luna iam plenissima est, & decimaquinta nobis incipit ha-

P ij beris,

*Christi
transitus
præfigu-
ratus.*

Exod. 12.

In plin-
nio post
æquino-
ctia vernâ
Pascha.

beri, agnus immolabatur magnis præfulgens mysteriis, nõ solum quia luna plena erat, sed etiã quia nõ nisi post æquinoctium vernale, quando videlicet iam dies sperare noctem incipit, quum primùm occurrisset luna plena, agebatur hæc magna solennitas.

¶ Plena quippe luna, plenitudinẽ temporis significat, quæ iam multiplicata per præteritas generationes ecclesia, redemptionem de cælo mittendã apud inferos expectabat.

¶ Porro dies longior noctem superans, illud designat, quia per passionis Christi mysterium cõtra tenebras errorum, quæ hæctenus præualuerant, nunc versa vice præualere inciperet in cunctis gentibus clara notitia veritatis. Sciens ergo, inquit, Iesus quia venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, illa videlicet hora, quam intuens hic Evangelista prius dixerat: Et nemo in eum misit manus, quia nondum venerat hora eius. De qua & ipse dominus ait: Tempus meum nondum aduenit.

Ioan. 7.

ibidem.

¶ Circa secundum videlicet miram Christi erga suos dilectionem consequenter dicit:

Quum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

¶ Quum dilexisset suos, id est, eos quos elegerat ab initio vt sui essent. Nã ne solos putaremus apostolos, vel Israeliticam duntaxat gentem secundũ electionem, de qua Caiphas prius nesciens prophetauerat quòd Iesus esset moriturus pro gente, non ait tantum suos, sed addidit, qui erant in mundo, scilicet vt omnes intelligamus electos. Quia profectò non tantum moriturus erat pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnũ. Ergo quum dilexisset suos qui erant in mundo, ac si dixisset:

Ioan. 11.

Qualiter
suos chri-
stus dile-
xerat.

¶ Quum opus magnæ dilectionis facere cœpisset erga suos, qui propter originale peccatum eieci de paradiso, peregrinabantur in hoc mundo. Quo modo autem cœperat diligere suos, & quem vsque in finem dilexit eos? Sic vtique iam dilexerat eos, vt de cælo ad terram descenderit propter eos, & vt ipse qui erat Deus invisibilis in sinu patris, homo visibilis e ventre materno fuerat effectus. Sed nondum erat consummata ista dilectio. Nihil enim suis profuisset, quòd homo factus fuerat, si non pro illis etiam pateretur,

teretur, sicut ipse dixit: Nisi granū frumenti cadens in terrā mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Itaque (vt oportebat) in finē dilexit eos, id est, dilectionem erga illos eousque perfecit vltra quod non posset augeri, videlicet, & animam suam p̄ illis poneret, qua dilectione maiorem nemo habet.

*Queliter
suos dile-
xit in finē
1can. 12.
1can. 15.*

¶ Circa tertium, videlicet suæ erga nos maiestatis humilem inclinationem, dicit consequenter

Euangelista:

Et cœna facta quum diabolus iam misisset in cor vt traderet eum Iudas Simomis Scariothis, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad eum vadit.

¶ Vt cōprobaret quodd suos in finem vsque dilexisset, cœna facta placuit sibi illud agere, in quo exprimeret qualiter suam erga illos dilectionem incœpisset, & qualem vsque ad finem hanc esset perducturus. Hoc non solum verbis dicere, sed & signanter voluit agere, videlicet vt & nunc presentis mirandæ humilitatis schemate viscera suorum tangeret & post resurrectionem suam quando aperiret illis sensum vt intelligerent scripturas, istud quoque factum illi vulnerata memoria recolentes, profundius intelligerent, & eandem dilectionem ipsius, cuius ob significationem talis vel tantus ipse tali hora vel tempore taliter egisset.

¶ Et cœna facta, inquit. Hæc ipsa cœna id est, agnus Paschalis assus cum azymis panibus, & lactucis agræstibus comedendus: ipsi vero agno causa esse poterat, vt in semetipso turbaretur, quia videlicet passionis suæ significationem post tot retrò generationes ab exitu filiorum Israel de Aegypto hoc ritu celebratam, nunc in presentiarum morte sua cōpleri oportebat. Hoc enim sciebat cœna facta. Sed & illud non ignorabat, quia diabolus iam miserat in cor vt traderet eum Iudas Simonis Scariothis, qui in pridie abierat ad Phariseos, & dixerat: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?

agnus secundum legem cœnæ dicitur quid.

Mat. 26

¶ Hoc sciens ipse & illud quoque, quia omnia dedit ei pater in manus, inter quæ omnia, & ipsum traditorem, & eos quibus tradendus erat, & mortem quā erat passurus, sciebat, vt de his omnibus quæ vellet faceret, malūque eorū

Philipp. 2. sua potentia cōuerteret in bonum. Sciebat etiam quia quū in forma dei esset, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, quod est per humilitatem incarnationis à deo exisse, & quia per victoriam resurrectionis ad deum erat rediturus, nec deum quū inde exiret, nec nos deferens, quum rediret. Et quia, inquit, ad deum vadit, vt sedeat ad dexterā maiestatis in excelsis, sicut dicit de illo David in spiritu: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Et quidem hæc omnia quum sciret, nihilominus in magnæ pietatis sue indicium, & nostræ exemplum humilitatis, surgit à cœna sicut in articulo sequenti patebit.

Heb. 1.

Circa secundum principale dicitur:

Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & quum accepisset lintheum præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum suorum, & extergere lintheo quo erat præcinctus.

Hic ponitur admirandæ humilitatis pariter & dilectionis Christi per effectū exhibitio, vbi tria notantur. Primum est dei hominibus ministrantis humilis dispositio. Secundū est, de tanta Christi humilitate Petri trepidantis stupefactio. Tertium est, de necessaria ad salutem nostri per Christum lotionē informatio. Secundum ibi: Venit ergo ad Simonem. Tertium, ibi: Respondit Iesus, & dixit.

*Christi ministrantis
schemata.*

¶ Circa primū dicitur: Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. Quid deinde? Et quum accepisset lintheum, præcinxit se, & cætera quæ sequuntur. Magnum quidem & mirandū tam angelis quàm hominibus spectaculum. Lauit discipulorum pedes, officium non dei & domini, sed hominis & serui adimplens: eius quoque pedes abluens, quem nouerat in sui traditione teterrimo scelere polluendum.

*Quantum
suos dilectis ostendit*

¶ Surgit, inquit, à cœna. Nimirum, qui vt ostenderet quantum suos dilexisset, prius surrexerat de accubitu suo, de sinu patris æterni, de throno incircūscriptæ maiestatis: & depositis vestimētis gloriæ suæ, exinaniuit à claritate quam habuit prius quàm mundus fieret, adeo nudus, id est, nostri per omnia similis absque peccato inter homines apparuit, vt quomodo in typum eius seruus seruorum maledictus Cham patrem suū. Noe nudū foris iacentē dormire nunciavit fratribus, sic hæretici Cerinthus & Marcion aliique quam

*cham quo
typus
fuit,*

quam

quàm plures eundem dominum nostrum nullatenus deũ
de deo ante secula natum, sed hominem tantum extitisse,
& ex Maria cœpisse contenderint, maximè pro eo quia in
theo præinctus, id est, tribulatione passionis affictus, ve-
ra morte homo verus esse comprobatus sit.

¶ Sequitur, Misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes
discipulorum, & extergere lintheo quo erat præinctus: quia
in illa nuda humilitate passionis suæ sanguinem & aquam
de latere suo profudit, vnde vsque hodie peccata suorum
mundare non desinit. Quare autem solos pedes tunc lauit
quum secundum exteriorem hominem simul & interiorẽ,
credentes in se lauet in sanguine suo à peccatis eorum? Vi-
delicet quia hora illa rem solummodo significare non e-
tiam agere debuit. Præterea idcirco pedes potiùs quàm ma-
nus aut caput lauare voluit, quia videlicet in lauandis pedi-
bus & affectuosior est gestus humilitatis, & propinquior si-
gnificatio charitatis qua nos lauit (vt dictum est) à pecca-
tis nostris in sanguine suo.

¶ Denique nõ solũ nos lauat à peccatis nostris in sanguine
suo, dum vnusquisque nostrum baptizatur, sed & quotidie
lauat ab actualibus peccatis quando in sancto altari carni
eius communicamus & sanguini. Ipsa autem peccata qua
nõ omnino fugere potest vita humana quamlibet religio-
sa per puluerem pedũ solent significari. Vt verbi gratia cũ
discipulis suis loquens di. In quacunque ciuitatem intraue-
ritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateis eius dicite
Etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate vestra exter-
gimus in vos. Quod est dicere: Etiam minima peccata sine
quibus hæc vita tametsi sancta, transigi nõ potest, quotidia-
nis remediis palã expurgate, vt non habeant homines im-
prudentes ob quã vitæ nostræ reprehensionem videantur
sibi quasi rationabiliter prædicationẽ vestram cõtemnere.

¶ Circa secundum, quod est Petri apostoli de tanta Christi
humilitate trepidantis stupefactio, consequenter euange-
lista subiungit.

Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Do-
mine, tu mihi lauas pedes?

¶ Non intelligendum est, quasi post alios ad Petrum vene-
rit, sed quia ab illo, qui primus Apostolorum erat, cœ-
perit

Gent 9.

Lintheũ
mysticè.

1oan. 19:

Quare so-
los pedes
lauat.

Apo. I.

Per quid
abluimurPuluis pe-
dum.

Lucæ. 10.

Petrus a-
postolorũ
primus la-
uatur.

perit, & ille tale ministerium, quia mysteriū nesciebat, nō frustra abhorruit. Quod etiā quilibet eorum acturus fuisse dubitatur, si non illa terretur sententia, qua Petro dictū est: *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Dicit ergo ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Tu quem confessus sum Christum filium dei viui? Tu rex regum & dominus dominantium vestimenta tua posuisti, aquam infudisti, & vt pedes mihi laues procumbis? Expauit nimirum de domino & magistro suo, vti par erat, magna de se humilia sentiens. Siquidem adhuc non plenē cognouerant Apostoli magistri sui disciplinam, scilicet quōd in schola eius ille maior esset, qui & humilior, hoc nondum bene cognouerant.

Luca 22. ¶ Vnde etiam nunc secundum Lucam facta fuit contentio inter eos qui videretur esse maior. Et quidē verbis verum dominationis, & tenendæ potestatis ordinem eos docuit, dicens: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est vestrū, fiat sicut iunior, & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est qui ministrat, an qui recumbit? Nōne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Sed prætereā facto illos ampliū instruēs, palām apparebat ipse inter eos sicut qui ministrat, lauādo pedes eorū, simulque (vt iam dictum est) significabat qualis ministerij minister foret, videlicet qui animam suā pro multis in redēptionem daturus esset.

Matt. 10.

Quum ergo sic Petrus expauisset, audi quid sequitur.

¶ Circa tertiū (quod est de necessaria ad salutē nostri per Christum lotionē salubris informatio) subdit Euangelista:

Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modū, sed & si dicam tibi, non potes portare modū, scies autem postea.

Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modū, sed & si dicam tibi, non potes portare modū, scies autem postea. ¶ Causam, inquit propter quam hoc facio, tu nescis modū: significabat sed & si dicam tibi, non potes portare modū, scies autem postea, videlicet quum venerit spiritus veritatis, qui vos & huius facti causam, & omnem docebit veritatem. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum.

Quid expauescis Petre talem humilitatis mex habitum, ministerium tale? Nisi ego adhuc altius præcinctus, maiori dispendio

dispendio meo lauero te, non habebis partem mecum. Verè enim nisi Christus dilectos suos lauisset à peccatis eorū in sanguine suo, nec Petrus, nec quisquam caterorum hominum partem habuisset cum illo. Hoc ergo nunc oportune Petro dictum est, quia videlicet & quum expauesceret humilitatem talis ministerij, multò magis abhorrebat còtumeliam dominicæ passionis, qua & illum & omnem mūdum oportebat lauari.

¶ Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantū pedes meos sed & manus & caput. Quū enim audisset: Nisi lauero te, non habebis partem mecum, solito mox amoris diuini feruore correptus, respondit obedienter, & secundum nomen suum bene locutus fuit. Simon enim interpretatur obediens. Ac si apertè dicat: Quia iam te docente intelligo quòd lauando pedes meos, errata mea te mundare significas, nò solū pedes, sed & manus, & caput tibi lauandos offero, quia non solū pedibus affectionum, sed & intentione mētis, & operatione: hoc est, capite quodam modo, & manib⁹ me deliquisse cognosco.

Obedientia petri.

¶ Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Vbi Rupertus, Manifestè insinuat quòd aliam præter illam exteriorè, dicit necessariam pedum lotionem. Quis enim lotus est, nisi quem Christus in sanguine suo lauit à peccatis, vt iam dictum est? Quid autem ad conseruandam illam spiritualem munditiam proficit ista corporalis lotio pedum? Nunquid quotidie pro còsequenda peccatorum remissione pedes lauare, & non potius sacramenta dominicæ passionis opus habemus percipere? Igitur Petrus aliud intelligit, Dominus aliud post modum intelligendum insinuat, quum dicenti Petro: Domine non tantū pedes meos, sed & manus, & caput: ipse responderet: Qui lotus est, inquit, non indiget nisi vt pedes lauet sed est mundus totus, ac si dicat:

Lotioque necessaria

¶ Qui semel in morte mea quæ nunc adest baptizatus est, non est opus ampliùs, vt præterita ante baptismum peccata, siue originalia, siue actualia lauet, sed totus mundus est tantummodo pedes lauet, id est, quotidiana vel communia peccata, sine quibus humana vita transigi non potest quotidianis remedijs expurget: sicut is qui solos ex itinere sordidatos habet pedes, & in reliquo corpore à sordibus liber est

ber est vadens cubitum, non indiget nisi vt pedes lauet.

Lotio pedum quid

¶ Itaque manifestè denunciat, quòd lotio pedum illa remissionem quidem peccatorum designaret, non tamen eã quæ in baptismo semel datur, sed potiùs eam qua quotidiani fidelium reatus (sine quibus non uiuitur in hac vitã) quotidiana eius gratia mundantur. Pedes nanque quibus incedentes terram tangimus, ideòque eos à contagione pulueris sicut reliquum corpus immunes, custodire nequim⁹, ipsam terrenæ inhabitationis necessitatem designant, Quia inquantum quotidie desides nos, & negligentes efficimur, in tantum etiam magni quique & summæ conuersationis viri, à cœlesti, quam maximè diligunt, conuersatione reuocantur, vt si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.

1. Ioan. 1.

¶ Qui ergo lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus, quia qui ablutus est fonte baptismatis in remissionem peccatorum, non indiget rursus, imò non potest eodem modo ablui, sed quotidiana tantùm mundatione conuersationis contagia necesse habet quotidiana sui redemptoris indulgentia tergantur, propter quod orantes quotidie dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Verùm hæc de apostolis eorumque similibus dicta sunt, beatis videlicet immaculatis in via, qui timentes ambulant in viis domini.

Matth. 6.

Magis peccantes maiori opus habent expiatione.

¶ Sed nos qui sæpe diuini timoris oblit, non illa leui & quotidiana orationis solennitate possumus ab erratum nostrorum sorde liberari, sed maior necesse est inquinatio, maiori orationum, vigiliarum, atque ieiuniorum lachrymarum & eleemosynarum exercitio purgetur, ipso nimirum interiori vestigia cordis nostri mundante, qui sedens in dextera dei per assumptæ habitum humanitatis quotidie interpellat pro nobis. Sequitur:

Roma. 8.

Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit: non estis mundi omnes.

Luc. 22.

Ioan. 15.

¶ Vos, inquit, qui permansistis mecum in temptationibus meis, mundi estis, propter sermonem quem loquutus sum vobis: quia credidistis, mundi inquam estis ex hoc, quia nunc ego sanctifico me ipsum pro vobis, vt vos iam veritate facti sitis

Et sitis, dum ego sanctifico, id est, ego me ipsum sacrificiū offero pro vobis. Iam enim vado immolari pro vobis, vt mundi sitis, sed nō omnes. Nec enim omnibus vobis præsens passionis meæ sanctificatio prodest: sciebat enim (inquit Euangelista) quisnam esset qui traderet eum, propter eā dixit: Non estis mundi omnes.

¶ Circa tertium dicitur:

Pōst quā ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua: & quum recubisset iterum, dixit eis.

¶ Hic post exhibitionē memorabilis exempli, subditur discipulorū per magistri sermonē informatio. Vbi tria notantur. Primū est Christi post ministeriū docentis veneranda dispositio. Secundum est exhibiti exempli commemoratio. Tertium est ad sui imitationē salutaris exhortatio. Secundū, ibi: Scitis quid fecerim vobis. Tertium, ibi: Si ergo laui.

¶ Circa primum dicit: Pōst quā autem lauit pedes eorum Ergo, inquit, quia sciens ea quæ dicta sunt, scilicet quia sciuit quōd venit eius hora vt transeat ex hoc mundo ad patrem, & quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deum vadit: ideo sic & sic fecit. Magnum & omnium maximè spectaculum admirandum quōd tantus ille dominus & magister surrexit à cœna, & posuit vestimenta sua, præcinctusque lintheo pedes lauit, iterumque; acceptis vestimentis suis recubuit, & docere cœpit, & multo maximum est, quōd sicut illic sanctissimè ac religiosissimè significatum est, creator angelorum & hominum semetipsum exinaniuit, minoratus paulominus ab angelis, & in forma serui cinctus est labore & angustia passionis, vt nos in sanguine suo lauaret à peccatis nostris, & iterum resurgendo à mortuis indutus gloria immortalitatis & honore incorruptionis, recubuit in cœlo ad dexteram patris, & dato spiritu sancto fecit nos scire, quidnam ipse fecerit nobis. Aperuit quippe per spiritum mysterium lotionis, quod eis pauloante exhibitū nō intellexerāt. Nam pōst quā patiendo in cruce lauacrum remissionis cōsecrauit, accepit membra iam immortalia, quæ mortalia posuerat: & quū aperuisset discipulis sensum vt intelligerent scripturas, exposuit eis vtilitatem suæ passionis cuius eatenus quia virtutem mysticam nesciebant, euentum timebant. Siquidem per inter-

Christus resurgens vestimenta sua, resumit & mysteria declarat.

pretem spiritum sanctum de cœlo misit, ipse gloriosam immortalitatis vestem indutus, & residens in sublimi (vt dictum est) fecit suos intelligere quid fecerit eis.

¶ Circa secundum, quod est exempli exhibitum commemoratio, dicit:

Scitis quid fecerim vobis? Vos vocastis me magister & domine, & bene dicitis. Sum etenim.

¶ Scitis, inquit, quid fecerim vobis qua nimirum interrogatione excitat, vt attentos reddat auditores suos orator gratiæ & veritatis. Interrogati nempe quod nescimus, attentius quasi manu pulsantis excitati audire solemus: Vos vocatis me magister & domine. Quum ergo interrogat dicens: Scitis quid fecerim vobis? utique nos commonefacit vt eorum non sumus immemores que propter nostram ipse gessit salutem, nec eorum proinde qua omnibus nobis in communi, vel vnicuique nostrum in speciali suæ gratiæ & munificentiæ dona largitus est. Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Magister, propter eam quam in virtutibus & miraculis ostendi potentiam. Quam nihilominus cum patre mihi communi, etiam cunctis præfata creaturis.

¶ Circa tertium, quod est ad sui imitationem salutaris exhortatio, dicit:

Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

¶ Si ergo, inquit, quem vos dominum & magistrum rectè vocatis, memetipsum ex inaniui formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo & humilio meipsum factus obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis: si ego inquam sic feci vt vos lauem à peccatis vestris, æquum est vt & vos apostolorum vestrum, nō dominationem, sed summæ humilitatis ministerium arbitremini, cuius in hoc perfectio est, vt ponatis animas pro fratribus vestris. Hoc inquam, dicere poterat si potuissent portare modò. Hoc enim vera exempli eius imitatio est. Nam pedes corporaliter lauare possunt, & illi

*Magister
& domi-
nus.*

philip. 2.

*Pralati
quid de se
sentire de-
bent.*

qui nullatenus domini & magistri huius exemplū sequuntur, sed nonnullis regibus atrociores, subiectis sibi sub religioso pastorum nomine superbissimè dominantur. Non solum imparati pro illis animas ponere, sed etiā ausi rapaciter viduas & pupillos deuorare.

¶ Quod autem hinc ad nos attinet quod ait: Si ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes, hoc nimirum insinuat, vt per charitatem seruiam inuicem, non solum in lauando pedes fratrum, sed in quibuslibet eorum necessitatibus subleuandis. Proinde vt sicut nobis pœnitentibus dominus peccata dimittere consuevit, ita etiam peccantibus in nos fratribus dimittere non recusemus.

Alter alterius lauare pedes.

SABBATO SANCTO.



N pace in idipsum dormiam, & requiescam.

Psal. 4.

¶ Decerto mortis agone, & principe tenebrarum mortis imperium habebat, cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum, illo inquam principe mundi huius, qui fortis armatus, eatenus atrium suum custodierat, per fortiorē superato atque spoliato redemptor noster in sepulchro quieuit, per mortem suam peccati chirographo deleto, inter Deum & hominem composita iam pace. In hac pace, inquit, dormiam & requiescam. Hoc autem sabbatum, hæc requies veneranda in illud sabbatum respicit, de quo in creatione mundi scriptum fuerat: Et quieuit Deus die sabbati ab omni opere suo quod patrauerat. Qui tunc sex diebus creaturam mundi perfecit, & septimo quieuit, ipse est qui prima sabbati (quam dominicam diem dicimus) ciuitatem ingressus, & sexto die tādē mortuus ob regenerandam creaturam humanā septima die in sepulchro secundum carnem quiescebat, anima verò paradisi beatissima requie fruebatur. Itaque tria se offerūt hoc sancto die aterna mente contemplanda. Primū est de impiissimæ gentis in Christum carne mortuum renouata perfectione. Secundum est de animæ Christi ad inferos descensione. Tertium est de quorundam huius diei mysteriorum expositione.

*Hebr. 2.
Sapient. 1.
Luc. 11.
Coloss. 2.*

*Gene. 2.
& duplici opere dei sabbati duplex.*

SABBATO
DE IVDÆORVM IN CHRIS-
tum mortuum persequutione.

Gene. 49



Vò ad primùm præmittendum occurrit il-
lud quod per patriarcham Iacob de Chri-
sto fuerat prophetatum: Catulus leonis
Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, requi-
escens accubivisti vt leo, & quasi læna.
Quis suscitabit eum? Iuda quod interpre-
tat confessio. Christus dominus est cõ-

Isa. 53.

fessionis nostrę princeps, ortus de tribu Iuda. Ipse Catulus
leonis, id est, filius dei fortissimi. Agnus fuerat eatenus, &
sicut ovis ad occisionem ductus: sed vbi consummatũ est
quicquid secundum similitudinem agni aut ovis eum pati
oportebat, statim infremuit idem catulus leonis, frustra lu-
dæis ipsius glorię invidentibus.

Sapient. 2

¶ Viuens enim grauis illis fuerat etiam ad videndum. Nũc
autem mortuus & sepultus sic iacebat vt etiam lapide si-
gnato, lapide valde magno super eum posito, puteus se-
pulchri eius esset clausus & obstructus ne resurgeret, nec
vel illuc anima introire ad corpus, aut etiam si reuixisset,
posset inde prorepere corpus, adhibitis etiam custodibus
propter discipulos eius. At ille habitans in cœlis irride-
bat eos, & subsannabat eos: sed interim sabbatizabat (vt
dictum est), id est, quiescebat vt leo & quasi læna, secu-
rus de præda, quia mortuos eripuerat, & mortem capti-
uam tenebat.

Mat. 17.
In Chri-
stum mor-
tuum se-
uivisti in
dæorum.

¶ Sed aduertamus quidnam quiescẽte domino, & sabbati-
zante, insipientes & maligni qui quasi mare efferuẽs quie-
scere nequaquam poterunt, actitauerint, vt malitię suę cui
erant addicti, morem gererent. Ait Euangelista:

Iere. 12.
Iudæorum
synagoga
Hyena.

¶ Altera die quę est post parasceuen, conuenerunt prin-
cipes sacerdotum, & Pharisei ad Pilatum dicentes: Domi-
ne recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens,
Post tres dies resurgam. Vides quã acerbo in mortuum
odio sæuiunt, cuius præ nimia inuidia nomen quod vtique
venerandum est super omne nomen exprimere non pos-
sunt, sed clamitant seductorem, vt constet implerum esse
quod per Ieremiam dominus longè antè prædixerat: Fa-
cta est mihi hæreditas mea quasi Hyena quę est fera cru-
delis

delis, & sicut in mortuos. Et quidem magna iniquitas, magna vilitas Iudæorum, quod necdum innocentis morte turpissima satiati etiam mortuum criminari non cessant, seductorem Dei filium Christum coram præsidæ vocitantes. Sat illis esse debuerat quod ab iniquo iudice per falsas accusationes & clamores seditiosos, contra innocentem, iudicium mortis obtinuerant. Sed diabolico furore perciti, & immortalis furentes odio, nulla innocentis domini poena exsaturari potuerunt. Nam sicut omni tempore diligit qui amicus est, ita nimirum quisquis verè inimicus impè se odit, odit semper. Et quoniam cōscientia scelerata quia nequiter egit semper trepidat, ideo ne pateat malū quod iniuste commisit, inimicum etiam mortuum nouis (si quomodo potest) criminationibus insectatur, ne fortè silendo videatur esse confusa.

¶ Itaque dei filium salutis omnium authorem & viuentem & mortuum ore blasphemio seductorem appellarunt. Sed digni non erāt qui ab eo seducerentur, si quidem in æternæ vitæ sortem eorum fuisset acta seductio. Sed potius quàm hunc sequeretur, infixi sordibus suis, remanere maluerunt. Et quidem (tamet si aliter quàm ipsi intendebant) innumeros homines Christus dominus seduxit ad salutem, vsque adeo, vt etiam mundi huius imperatores & reges terrarū, quod in illam seductionem venerint, crediderunt se beatos. Fœlix enim est illa seductio quæ à Satanæ vinculis ereptos in libertatem gloriæ filiorum dei perducit.

¶ Domine, inquit, seductor ille adhuc viuens. Dominū vocant cui non voluntate, sed necessitate subduntur inuiti: quia peruersorum est etiam laudare quem odiunt, vt perficiant ipsi quod nequiter cupiunt. Pro omnibus autem suis peragendis contra Christum factionibus recursant ad præsidem, vt efficacior sit iniquitas, vbi adest autoritas. Iube, inquit, custodiri sepulchrum. Quid facient resurgenti, quem timent in sepulchro quiescentem? Sed eorum cassā est sollicitudo, vt vita & resurrectio mortuorum à furto discipuli custodiatur.

¶ Sanè proprio cōmento amplius cōfusi sunt, dum adhibiti custodes resurgentis domini testes & ipsi effecti sunt. Signant proinde monumentum sigillis suis, sed hæc ipsa maximum resurrectionis testimonium erant præbitura.

170.

1048. 7.
 Indei nō
 digni quō
 à Christo
 seducerentur.

SABBATO
DE ANIMAE CHRISTI
ad inferos descensione.



Hristum ad inferos descēdisse sancta cōfiteretur ecclesia. Siquidem articulus fidei est. Credimus enim propter quod & loquimur, quia redemptor & saluator noster qui passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus est, ipse etiā descendit ad inferna. Et iuxta Apost. Descēdit ad inferiores partes terræ. Sepultum est enim corpus ipsius, sed quō ad animam descendit ad inferna.

Ephes. 4

*christus
domū for
tis intra
uit.*

*Matt. 12.
Jonas in
seto.*

¶ Quum, enim 'Dei filius in habitu mortalitatis nostræ cum diabolo cōgressus, hunc fortem armatum vicisset, ad euentiā suā victoriæ & salutem suorum, intrare voluit domum fortis, & diripere vasa eius, & spolia erepta distribuere. Quandiu autem corpus Christi fuit in sepulchro, anima ipsius diuinitati coniuncta, fuit in inferno, quod ipsius Christi testimonio confirmatur, qui ait: Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Hanc figuram superiūs habes expositam.

¶ Christus enim tempestate Iudaici furoris exorta, in passionis amaritudinem quasi in mare proiectus est, quem inferus quasi cerus grandis, aperto glutit ore, quem tamē die tertia euomuit. Sed aduerte quōd quum dicitur Christum ad inferna descendisse, inferorum nomine non pœnas, sed locum duntaxat pœnarum designari. Ad quem quidem locum necessitate vt cæteri, sed voluntate descendit, vnus ipse inter mortuos liber.

*Zacharia 9
Cur Chris
tus ad in
feros de
scendit.
Sapiē 18.*

¶ Descendit autem illuc: tamen propter scripturæ adimplerionem dicente Zacharia propheta in eum: Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo erat aqua. Tum vt consuetam ostenderet humilitatem. Qui enim descendere dignatus est de cœlis à regalibus sedibus in has exilij nostri calamitates, ipse idem (quod certè per angelicum ministeriū efficere potuisset) per semetipsum facere voluit. Tum ad cōsolationem victorum, quam proculdubio populus electorum apud inferos catenus captiuus accepit, quā ad eos ipse per se venit.

Tum

Tum propter confuſionem aduerſariorum tam hominū damnatorum, qui dum viuerent in cordibus ſuis dixerant, Non eſt deus: quā ipſorum dæmonū, vt qui ab ipſo coacti & victi fuerant in mundo, etiam ab ipſo triumpharentur victi & ſpoliati in inferno. Decebat enim vt poteſtatem ſuam dei filius, quam viuendo & moriendo oſtenderat in terra, etiam in inferno declararet.

¶ De qua ipſius ad inferos deſcenſione beatus Aug. pulchre loquitur dicēs: Mox vt Chriſtus ſpiritum tradidit, unita ſux diuinitati anima ad infernorum profunda deſcendit. Quāque tenebrarum terminos quaſi quidam deprædator ſplendidus & terribilis apprehendiſſet, aſpicientes eum tartaræ legiones territæ perquirere cœperunt: Vnde eſt iſte tam fortis, tam terribilis, tam præclarus? Mundus ille qui nobis ſubditus fuit, nunquā nobis talem mortuū miſit. Ecce qui ſolebant nobis eſſe ſubditi, non ſolū iam nihil verentur, ſed inſuper nobis miſtantur. Vt quid huc iſtum adducere voluiſti o princeps noſter? Perit nobis omnis læticia, dum Chriſtū ſuſpendis in ligno. Ignoras quanta damna ſuſtineas in inferno poſt iſtas tam audacium voces dicentium: Quem expectamus benedictus adueniſti redemptor noſter. Hoc enim innumerabilem ſanctorū populi lachrymabili voce clamabāt: Adueniſti, quem quotidie expectabamus: deſcendiſti pro nobis ad inferos. Hęc ille.

¶ Ceterū diabolo illuſori qualiter per Chriſtum illuditur & *Qualiter* qualiter violētus prædo per eundē dprædatur, attendendū *diabolus* eſt. Diabolus enim eſt ille draco quē dominus formauit ad *illuſus eſt,* illudendū ei, ſicut de illo ad beatum Iob ſub interrogatio- *Iob. 40.* ne loquitur, dicens: Nunquid illudes ei quaſi aui? aut ligabis eum ancillis tuis, quaſi dicat: Intantū humiliabitur draconis iſtius fortitudo, & omnino pro nihilo erit, vt illudendus habeatur, & ad illudendum ſanctis angelis deputetur. Quod autē quaſi aui illudi perhibetur, hoc vtique ſignificat quodd velut res parua & minima ad virtutem dei omnipotentis habeatur. Quod autē alligandus ancillis dicitur, illud eſt quod ipſe dominus in Euang. ad diſcipulos ſuos ait: Ecce dedi vobis poteſtatē calcandi ſuper ſerpentes & *Lucæ. 10.* ſcorpiones, & ſupra omnem virtutē inimici, & nihil vobis nocebit. Nō ſolū igitur à Chriſto, ſed etiā à ſanctis anima

bus, quæ sunt quasi ancillæ dei, alligatur atque illuditur.

Iob. 40. ¶ De quo rursus ibidem dicitur: An extrahere poteris Le-
Leuiathã uiatham hamo? videlicet ex multitudine gentium, quasi ex
hamo cap mati ne illic vltra dominetur. Hoc ille solus potuit qui ap-
tus. propinquante passione sua, ait: Nunc princeps huius mûdi
10. 17. 17. eiicietur foras.

¶ Qualiter autem huic illusori per dei sapientiam illusum
Osee. 13. sit aduerte: Ero, inquit, mors tua ò mors, morsus tuus ero
 inferne. Sic, inquit, de morte redimam eos, nõ auro, neque
 argento, sed morte mea mortem ipsorum interficiendo.
 Moriar vt ipsi viuant, & ad infernũ descendam: Hoc enim
 est quod dicit ad ipsam mortem, ad ipsum infernum ser-
 monem tõuertendo, mortis & inferni potens debellator,
 vitæ & mortis dominator, ero mors tua ò mors, morsus tu-
 us ero inferne. Ostendit ergo qualiter ipse futurus esset
 mors mortis, dicens: Morsus tuus ero inferne. Et est sensus
 Tu qui habes mortis imperiũ, tu Leuiathan draco magne
 in aquis gentium per mortem dominationem exercens, tu
 inquam deceptus mordebis me. Ego factus homo tibi ha-
 mus ero. Sicut enim in hamo esca, id est, carnis teneri-
 tudo ostenditur, & acumen ferri occultatur: sic humanitatis
 infirmitas te ò humani generis inimice inuitabit, vt mor-
 deas, vt te diuinitatis interior fortitudo transfigat, vt capti-
 uus pendeas. Quia taliter morsus tuus efficiar, mors mor-
 tis ero, quia interiora tua ò inferne deglutium me non su-
 stinebunt: sed quum vitam momorderis, dirupto ventre vi-
 tam remitte, morte mortua, euadentibus viuus, quicumque
 vita sunt digni.

Septem vs ¶ Sed operæ precium est aduerte quomodo cruentus hic
2º diaboli draco præpositus mortis, vt Christũ deuoraret, hominibus
 impiis carnem suam occidere volentibus ore parulo sep-
 tem rictus immanes aperuit, & in carceris frustratus, septi-
 mo eandem rictu carnem comprehendit, sed malo suo, vt
 dictum est,

¶ Primus nanque draconis huius hiatus fuit, vbi secundum
Matth. 2 Matthæum mox nati pueri Iesu animam funestus Herodes
 quæsiuit, & propter eum infantes occidit.

Luc. 4. ¶ Secundus fuit: vbi secundum Lucam quum venisset Na-
 zareth, vbi fuerat nutritus, & doceret in synagoga: surre-
 xerunt

terunt, & eduxerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt vsque ad supercilium montis, supra quam ciuitas illorum erat edificata, vt precipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

¶ Tertium fuit, quando miserunt principes & pharisæi ministros vt apprehenderent eum. Quibus reuersis vacuis cum eis diceretur: Quare non adduxistis eum? responderunt: Nunquam sic locutus est homo. At illi in intentione persistentes, adduxerunt mulierem in adulterio deprehensam, tentantes vt possent accusare eum.

¶ Quartus rictus siue hiatus fuit, vbi quum dixisset: Amen dico vobis, antè quàm Abraham fieret ego sum, tulerunt lapides vt iacerent in eum.

¶ Quintus, vbi quum dixisset: Ego & pater vnum sumus, sustulerunt lapides, vt lapidarent eum.

¶ Sextus, Vbi abeuntes Pharisei concilium inierunt vt caperent eum in sermone, & mittunt ei discipulos suos cum Herodianis interrogantes, si licet censum dare Cafari an non, vitæ ipsius insidiantes.

¶ Septimus qui & vltimus, vbi collegerunt aduersus eum concilium, nec destiterunt donec crucifigerent eum, proposito mortis qui in ipsorum cordibus habitabat hos agitante.

¶ Cæterùm de inferiorum spoliatione (ex quo iam per eum suam fortem illum armatum custodientem atriu suu fortior ipse superueniens superatum alligauerat) ipse apud Matthæum ait: Quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? & tunc domum illius diripiet. Quis alter hoc efficere potuisset præter eum in quem Zacharias, quod supra memorauimus, ait: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua? Ipse nimirum est ille catulus leonis, de quo (vt etiam supra meminimus) scriptum est, dicente Iacob: Catulus leonis luda, ad prædam fili mi ascendisti.

¶ Requiescens accubuisti vt leo, qui apertis dormit oculis, & quasi leana. Consummato siquidem negotio, mox vt dicto consummatum est, spiritum emisisti, requi uisti à laboribus tuis, requie uisti cum præda quam cœpisti ex inferis. Ad prædam, inquit, fili mi ascendisti, ad prædam infer-

Ioan. 7.

Ioan. 8.

Ibidem.

Ioan. 10.

Matt. 22.

Ioan. 11.

Matt. 12.

*Christo
catulus
leonis.*

*Primum
christi
spolium.*

infernum inualuisti. Primum spoliū quod ipse prædato mortis inferno abstulit, latro ille fuit, qui quum ad ipsas iam appropinquaret fauces inferni, vna breui confessione retentus ab illo audiuit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

Luc. 23.

¶ Sed ad quantam prædam protinus sic incipiendo ascēdit? Verè desyderatus prædo, reddens vitę quos abstulit morti, reddens cœlo quos eripuit inferno, quod ipse non incerto futurum sciens: Ego, inquit, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum: omnia scilicet electa, siue omnē potestatem in cœlo & in terra. Nam propter passionem mortis, gloria & honore coronatus, propter patibulū crucis iudex viuorum & mortuorum est constitutus: & omnia subiecta sunt pedibus eius.

Joan. 12.

Hebr. 2.

*Christus
vt leo &
quasi lea-
na.*

*Amos. 3.
Joan. 19.*

¶ Requiescens accubuisti vt leo & quasi leæna. Nimirum quia Deus & homo in vna eadēque persona, secundum diuinam naturam, leo: de quo & alibi scriptum est: Leo rugiet, quis non timebit? Porro secundū naturam humanam paulò antè ouis dum duceretur ad immolandum, nunc autem ex quo dixit consummatum est, iam leæna erat. Leæna, inquam, quæ cantulos suos, id est, omnes electos quos æternę vitę suo sanguine pepererat, in cubili suo componebat in paradiso suo lactabat anima fortis & libera, statim post sabbatum ad carnem suam reditura, eamque catulis suis reportatura, cuius de visione nimirum catulis illis copiosior manare habebat, & nunc manat vitalis lactis alimonia.

DE QVORVNDAM HVIVS diei mysteriorum expositione.

*Mysteriū
cerei pa-
schalis.*



Proprium quoddā huius diei decus est cereus à Zozimo Romanę ecclesię pōtifice tricesimonono per ecclesias benedicti institutus, à cuius dulcisona benedictione, præconia gloriosę resurrectionis Christi inchoatur. Significat enim eundē dominū nostrū resurgentē, suorū tristitiā discipulorū, imò mundū vniuersum lætitię salutaris claritate serenantē. Et hoc quidem mirè cōgruit, vt sicut præteritis noctibus extincta luminaria

minaria faciem Ecclesie contristauerunt, sic eandem nocte hac cereus illuminatus igni, flammę tripudiantis iubare latificet.

¶ Sanè sicut per candelas, quę extinctę sunt, significantur mortes prophetarum & iustorum, qui à sanguine Abel iusti vsque ad Christum occisi sunt, ita per ipsam candelam non maiorem ceteris, quę vltimò (& vt quibusdam ecclesiis mos est) ad Euangelium extinguitur, ipse dominus significatur qui Euangelizans occiditur, vnus ex Prophetis reputatus. Constat autem quòd hunc qui contemptus & humilis occisus est, deus suscitauit, ac principem ac saluatorem exaltauit, ad dandam pœnitentiam in remissionem peccatorum. Bene ergo significationis ordo procedit, dum claram resurgentis magnitudinem, præclari significat cerei magnitudo. Eo autem vel maximè per cereum Christus significatur, quòd paruula quę substantiam cerei apes mater educit, absque concubitu concipit & parit. Cui rectè comparatur virgo Maria Christi mater, quę humilitate apud se paruula, inuiolata nobis Deum in carne quasi mel in cera protulit. Quum ergo rectè cereus hic humanitatis Christi similitudinem gerat, annus illi (vti multis ecclesiis mos est) ab incarnatione eiusdem domini consequenter insculpitur.

¶ Sed querere posset aliquis cur benedictionem materiae tantę rei significatiuę, super cereum pronunciet diaconus, præsentem sacerdote vel etiam pontifice. Sed causa manifesta sese offert querentibus. Constat enim quia bonum sanctę resurrectionis Christi nuncium per minorem sexum, id est, per mulieres sanctis Apostolis flentibus & lugentibus Euangelizatum est. Hoc autem tam rationabili diuinitatis dispositione actum est, vt inter illa quę significatiuè sunt in ecclesia, memoriale suum omnino iure habere debeat. Nam quia mulier à diabolo missa viro mortem obtulit, pulchrè sexus idem à rediuuo Christo missus, virili sexui vitam Euangelizauit. Hinc ergo rectè gradus inferioris minister, tam dulci, tam pulchra, tamque melliflua cerei benedictione, tantę solēnitatis nostrę gaudiū inchoat, quia per inferiorem sexum tam iocundum, tamque pium dominicę resurrectionis miraculum, viris nō quibuslibet, sed ipsis Apostolis nunciatum est.

*candela
extinctę
in tene-
bris quid.
Matt. 23*

Act 9.

*Cur cereus
diaconus
benedicit*

*Cur per
mulierem
christi ve
surrectio
primū nū
ciatur.*

*Frustrula
incēsi qua
cereus infi
guntur
quid.*

Q iij ¶ Quòd

¶ Quòd autem quando diaconus cum ceteris subministris ad benedicendum cereum accedit, frustula quoque portatur incensi, vt cruciculæ quæ cereo insculpta est offerendo infigat, & hoc quoque ad prædicta respicit. Illæ namque mulieres quæ mortuum quærebant dominum, & viuum videre meruerunt, aromata ferebant, sicut Euangelista referre cognouimus vt vngerent Iesum.

Marc. 16.

Quòd igne nouo cereus accenditur quid.

¶ Quòd autem non quolibet igne, sed nouo atque benedicto cereus illuminatur, illud innuitur, quòd extinctam in sepulchro iacentem humanitatis Christi substantiam, de supernis aspiras ignea diuinitatis potentia rursus animauit: & sicut verè rutilas ignis, ita gloria beatæ resurrectionis hac nocte in perpetuum nobis gaudium sæliciter illuxit.

Quòd à cereo cereoli ecclesie illuminentur quid.

Ioan. 20.

¶ Proinde quòd eodem igne consecrati cerei, cuncti qui in ecclesia sunt, illuminari debent cereoli, id nimirum significat, quòd dominus noster ea die qua resurrexit, quum esset serò, stans in medio discipulorum suorum, manusque & latus ostendens eis, insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Illic enim cœpit hominibus dari ignis, quem per hunc visibilem ignem constat significari, quem venit ipse mittere in terram, & voluit vehementer accendi.

Luce. 12. Cereus & columna ignis.

¶ Ceterum per hoc quòd in huius cerei benedictione inter cetera pronuntiatur. Columna huius præconia nominamus, & cetera, aperte nobis innuitur, quòd illud idem per hæc preciosam lampadem intelligere debeamus, quòd per illam præfigurabatur columnam quæ castra filiorum Israel de Aegypto exeuntium per mare rubrum præcedebat. Significabat autem illa columna nobis, bene notam nobis nubem humanitatis Christi. In qua propriè posuit thronum suum sapientia Dei, sicut ipsa dicit: Thronus meus in columna nubis. Siquidem nunc illa columna nobis, populum suum à diaboli seruitute liberatum, & baptismi rubrum mare transeuntem præcedit dux itineris, vt inducat in veram terram repromissionis, terram viuentium, quam (sicut Moyses ait) dominus Deus noster die ac nocte intuetur, nunc cœlestibus doctrinis compluens, vt verè columna nubis: nunc igne sui spiritus accendens, vt verè columna ignis.

Exod. 12. & 14.

Eccle. 24

Leuit. 13.

¶ Denique dies hæc pro mysteriorum magnitudine communitur

mune nomē excessit, vt vocetur sabbatum sanctum & hoc propter multa, quæ per singula prosequi longum esset, præsertim tamen propter hoc, quòd ad suscipiendam tantam luminis claritatem noua ecclesia sacro baptismi fonte sanctificatur. Hac enim die solenne est, & iuxta veram & Evangelicam patrum traditionem, fontes benedici, & præparata per fidem tam corporum quàm animarum credentium vasa, regeneratione noua sanctificari. Præparantur animæ quæ mortuæ fuerant vitæ victrici, morte victa, de bello reuertenti, vt in magna regis Christi curia nullus sit vernaculus, aut seruus emptiti⁹, qui nõ ad ingressum triumphantis domini gratiæ serico vestiatur. Quum enim fortem illum armatum (de quo superius dictum est) Christus dominus fortior superarit, & arma eius abstulerit, in quibus confidebat, & crucis suæ vexillum eidem bellator inferens ipsum ceperit, alligauerit, & spolia paradiso reddiderit, rectè nunc celebratur baptismi sacramentum, quo constanter aduersus victi potestatem iniquam eant sacerdotes, legati vtique victoriosi regis Christi, titulosque victoriæ proferentes, victi abrenunciationem, victorisque ab hominibus, qui ab ipsius potestate erepti sunt exigunt professionem. Et licet modò baptismi sacramentum, nõ magis hoc sabbato sancto, quàm aliis diebus administretur, seruetur tamen super fontes lætania, & oratio consueta, pro illis qui baptizati sunt, quatenus adiutrice gratia baptismi professionem dignè deo seruare, & operibus Christi animismo dignis valeant redimere.

cur sabbatum sanctum dies ista vocetur.

Homiliarum quadragesimalium finis.

The first part of the book is devoted to a general history of the world, from the beginning of time to the present. The author discusses the various ages of the world, and the different nations and empires that have arisen. He also touches upon the progress of science and the arts, and the state of the human mind in different ages.

The second part of the book is a history of the British nation, from the first settlement in the island to the present. The author describes the various kings and queens of Britain, and the different reigns. He also discusses the various wars and battles that have been fought, and the progress of the British empire.

The third part of the book is a history of the world, from the beginning of time to the present. The author discusses the various ages of the world, and the different nations and empires that have arisen. He also touches upon the progress of science and the arts, and the state of the human mind in different ages.

Printed by J. Baskin, at the Press of the University of Cambridge, in the Year 1720.